

LEXICON
HEBRAICUM ET CHALDAICUM
MANUALE
IN
CODICEM SACRUM
VETERIS TESTAMENTI

CURA

EVERARDI SCHEIDII,
LINGUAR. ORIENT. CET. IN ACADEMIA LUGD. BATAVORUM PROF.
ET
J. J. GROENEWOUD,
V. D. M. ZIERICZEAE.



PRAEMISSA EST EPISTOLA AD VIRUM ILLUSTREM
JOANNEM DAVIDEM MICHAËLIS.

PARS I.

ן—א.

TRAJECTI AD RHENUM,
APUD OTTON. JO. VAN PADDENBURG.
ACADEMIAE TYPOGRAPHIAE.
PROSTANT *LUGDUNI BATAVORUM,*
APUD S. ET J. LUCHTMANS.
CIƆIƆCCCV.



VIRO

ILLUSTRI ET ERUDITISSIMO

JOANNI DAVIDI MICHAËLIS

LITERATURAE ORIENTALIS IN GERMANIA

PRINCIPI

S. D.

EVERARDUS SCHEIDIUS.

Miraberis, hanc inſcriptionem libri videns, vir ſumme, nobisque olim amiciſſime, *quibus* tandem *momentis impulſo* mihi in mentem venerit, *Lexicon* hoc qualecumque noſtrum *Hebraicum & Chaldaicum* illuſtri nomini tuo obferre: idque tanto magis, & TU, & GERMANIA veſtra LITERATA demirabimini, quo certius ex *Bibliotheca* tua *Orientali & Exegetica* (tam *veteri* illa, quam *nova*,) apud omnes, jam inde ab aliquot annis, conſtet,

ſtet, TE & mihi, & egregiis diſcipulis noſtris, quibus beari mihi contigit, interque hos devinctiſſimo mihi *fratri unico*, *Jacobo Scheidio*, & *Joanni Willmeto*; elegantiſſimi ingenii viro, quin & *Bibliopolae quoque* noſtro, *Joanni van Kaſteel*, viro honeſtiſſimo, factum fuiſſe (*ſubiratum* dicam, an *paullo*) *iniquiorem*? — Haud diſſimulabo equidem, non procul abſuiſſe, quin, *poſt recenſionem Tuam* EBN DOREIDI, qua *Idyllium* hoc *poëtae* longe doctiſſimi *Arabici*, *Latine* a me editi animadverſionibusque illuſtrati, in *Bibliotheca* Tua *nova* (Part. II, n. 27. p. 56 - 67.) condecoraſti, & ipſe Tibi *ſubiraſcerer*; imo & totus paene *inflammarer*, viſa *recenſione* tua in *Hiſtoriam Joctanidarum*, a magno *Alberto Schultenſio*, ante plus XL annos, *Arabice & Latine paratam*, ac Typographo traditam, at eo tempore nondum editam, quoniam *prodire ſine commeatu nolebant* (ipſi beati *Schultenſii* verbis utor) h. e. *ſine Philologicis & Criticis obſervationibus* cet. a *Kaſtelio* vero noſtro, *in auctione publica*, me auctore redemtam, atque, ad majora reipublicae literariae commoda, eodem illo habitu, quo *Schultenſius* eam conveſtire coeperat, luci publicae donatam. Viſa igitur *recenſione iſta*, quam dixi, *Tua*, (in *Nova Biblioth. Orient. & Exeget.* P. IV, p. 1—5.) vix temperare mihi potui, quin tandem *Anti-Michaelem* quendam inciperem meditari, quo & *me hominesque noſtros*, *quantum neceſſe videretur*, modeſte defenderem, & *fortaſſe librorum* quoque quorumdam *tuorum* conſcribere inciperem, quas vocatis, *recenſiones*. — Verum ad me rediens, *ſacramentique* memor, quod *literis politioribus*, jam *ante viginti annos* & quod excurrit, dixiſſem, „ *ſtilum me ſemper ſervaturum*

eſſe

esse incruentum," animum mox repressi, atque *immortalibus Tuis*, in universam remp. literariam, & Musas in primis Orientales, studiaque Exegetica Biblica, *meritis* condonare serio incepi, quidquid inclementius in nos dixisses, meaque feci *aurea illa verba tua*, quae alibi, (in Praefatione ad *Appendicem* Partis XII *Bibliothecae Or. & Exeg.* Tuae *veteris*) contra *Benjaminum Kennicottum*, virum immortalem, & ipsum quoque amicum veterem Tuum, communemque nostrum, tua defendens, olim dixisses: *Gegen meine widersacher in Deutschland verantworte ich mich gemeinlich gar nicht*, SIE MÖGEN DAS ERSTE UND LETZTE WORT HABEN, *denn das Publicum kann beider theile schriften lesen.* Itaque consilium illud *defendendi mei & meos discipulos, amicosque*, contra Te, virum summum, Teque in vicem *recensendi*, senem jam grandaeviorem mihique maxime venerabilem, (cui ex animo *Nestoreos annos, omniaque in terris his faustissima* precarer, cuique, ad metam delato, beatam immortalitatem voverem) cum indignatione abjeci quidem, & abdicavi ejuscemodi *bella, nullos habitura triumphos:* at illud tamen *summo opere cavendum* mihi existimavi, ne *Lexicon* qualecumque hoc nostrum (*quo observationes Schultensii, Schroederi, aliorumque summorum in Belgica foederata* Philologorum, *magnam certe partem, continerentur*,) non sine commeatu quodam *in Germaniam vestram* abire paterer; quumque Lexicon hocce in *Bibliotheca Ill. Michaëlis* non adeo recensitum iri, quam potius *anatomico cultro*, illique acutissimo, subjectum iri certissime praeviderem, (quod minime deprecor, modo *articulos ejus, & oeconomiam recte perspiciat* vir ille occupatissimus) ad TE ipsum vir summe, quan-

 tocius

tocius illud mittendum esse censui, & vobis quoque omnibus, *Eruditissimi Germani*, quotquot haec *recensituri* estis, verbulo saltem exponendum, quid *in hac quidem opella mea* essem secutus, *quibusque ea*, quae in Lexico videtis descripta, *innitererentur fundamentis.* Itaque vos, &, vobis testibus, Illustrem virum, *J. D. Michaëlis*, cujus quidem nomen *in singulis* propemodum hujus Codicis *paginis* estis lecturi, publice obtestatos esse velim, antequam *damnetis haec Etymologica & Critica*, ut, partium omnium abjectis studiis animoque otioso, *iterum perlegatis, expendatisque, tres* potissimum beati nostri *Alb. Schultensii* (literaturae Orientalis, ut ille in Germania, sic hujus in Belgica principis) *aureos libellos*, qui inscribuntur *Vetus ac regia via Hebraizandi, & Epistolae ad ampliss. virum*, F. O. MENCKENIUM, *prima & altera*, iisque jungatis *Observationes selectas ad Origines Hebraeas*, a viro summo, eodemque praeceptore nostro eruditissimo, *Nicol. Guil. Schroedero*, jam ante XXX propemodum annos, edi coeptas, quibus perfectius limatiusque nihil adhuc Europa nostra vidit. Haec quidem, similiaque *Belgarum nostrorum*, e Schola maximè *Schultensiana*, & *Schroederiana*, edita, opuscula, si attento animo, partiumque studio vacuo, relegere, legereve, dignemini, antequam ad censuram *Lexici nostri* descendatis, *severissimum* vestrum *judicium non perhorrescam*, atque adeo non tantum, a Te, vir illustris, qua decet, humanitate, proque veteri amicitia nostra, contendo, *ut id sedulo facias*, sed jure quodam meo ab omnibus postulo. Unum hoc insuper Te rogo, ut *si quae forte tibi, in Lexico hoc qualicumque nostro, aliisve libellis nostris, excutiendis, occurrerint, ex Arabicis, ut ajo, fontibus*

tibus hauſta, *at tibi ſuſpecta*, occurſatura autem ſextenta talia, tibi *ſuſpecta*, facile auguror, (quale illud erat, quod in *Bibliotheca tua Orient. & Exeg. Nova*, P. II; p. 59. addubitares, *utrum vox Arabica* [فالج] in *Ebn Chalikani Hiſtoriae literariae Arabicae* Mſſ. Codd. meis *adhibita*, paralyſin *notaret*, *an* podagram? *adeoque te ſcire cupere diceres*, *quid ibi vocis legeretur*, *quam* paralyſin *reddidiſſem*:) ne illa, inquam, *ſtatim*, *inaudito me*, *damnes*; ſed *literis* potius *familiaribus*, qualibus olim, ad me datis, interrogare me digneris, *quibus auctoritatibus uſus* primarias *aliquot vocabulorum*, *in Lexico propoſitorum*, notiones *procudere auſus fuerim*? Hac, quam dixi, lege, poſtea nunquam refugiam *liberale judicium tuum*; imo potius *errores* meos candide *confitebor*, ſimul ac mihi quidem, haud refractario oblocutori, perſuaſeris, *lapſum me fuiſſe*. — Quod ſupereſt, Vir Illuſtris, idemque doctor mi aeſtumatiſſime, (quo *praeſente* mihi quidem uti nunquam contigit, at *cujus* tamen *libris*, praeclara multa continentibus, *perlegendis* quam maxime deditus ſum, accupatusque hoc ipſo tempore ſum diligentisſime) ſancte equidem Tibi polliceor, *nullum me verbum amplius publice Tecum eſſe facturum*, *quodcumque* etiam *Tibi viſum fuerit*, *eodem*, *quo jam ſaepius feciſti*, *modo*, *contra me perſcribere*, neque *non contemtu*, *ſed veneratione* potius ſumma, qua Te otiaque Tua proſequor, eſſe vindicaturum. *Otia* certe illa *Tua*, quin & mea, longe cariora ſunt, quam ut, *eriſticis ſcriptiunculis*, ea turbari diſperdique oporteat. — Multa ego reip. literariae adhuc debeo, in quibus nominibus diſſolvendis totus jam ſum: TU vero promiſiſti non pauciora. Itaque, quanta facere nobis licuerit, animi viriumque con-

contentione omni, urgeamus potius propositum uterque nostrum; TU *Recensiones tuas*, *Supplementa ad Lexica Hebraica*, quae restant, — *Castelli Syriaci sui partem reliquam*, — *Versionem Novi Testamenti Teutonicam*, *Introductionesque Tuas in Vet. & Nov. Testamentum*, aut *novas*, aut maximam partem *auctas* & *collocupletatas*, & *Grammaticas tuas Linguae Hebraeae institutiones*, ceteraque, quae nomen tuum mortale haud esse patiantur, opera laudatissima Tua: ego *Gieuharium*, Lexicographum, *Haririumque*, meos, quibus duumviris utinam tandem aliquando in lucem proferendis & vires mihi & occasio, a DEO O. M. benegnissime concedantur, & *Versionem* meam *Belgicam* Sacri Codicis, cum animadversionibus adjectis, *Jesaiamque* Lowthianum, reliqua. In primis vero strenue exercere pergamus discipulos, commilitonesque, uterque nostros, & contendamus, in hoc quidem praeclarissimo instituto, quam acerrime, uter alteri palmam praeripiat, Tu in alma vestra *Göttingensi*, ego in *Harderivensi* Academia: potius, quam ut liticulas infaustas alamus, & CHRISTO, communi domino nostro, quam severissime interdicente ac vetante, alter alteri irascamur. TU igitur fac valeas vigeasque laetissime, in viridi atque occupata senectute Tua; propitio in primis fruaris, precor, coelesti illo mortalibusque praeceptoribus infinitum quantum praestantiore doctore, ac Spiritu Paracleto, quem CHRISTUS Ecclesiae suae dedit; me vero Tui amantem & studiosissimum redama.

J. J. GROE-

J. J. GROENEWOUD,
V. D. M. ZIERICZEAE.

LECTORI
S.

En, benevole Lector! Lexici Hebraici et Chaldaici, quod conscribere antea instituit, atque ad paginam 352 *continuavit Cl.* Ev. Scheidius, *partem priorem. Ego amicis quibusdam assidue urgentibus nolui repugnare, quin opus hoc absolverem. Ita quam primum hoc fieri poterit, posteriorem item lexici partem editurus sum. Caeterum, quod de operis ratione et consilio moneam, praeter illa quae ipse in Praefatione monuit* Scheidius, *nihil habeo. Vale!*

*Dabam Trajecti ad Rhenum
a. d.* IV. *Idus April.*
MDCCCV.

PRAE:

PRAEFATIO.

Pauca admodum ſunt, commilitones ſuaviſſimi, de quibus vos, antequam *Lexicon* hoc *Hebraicum* & *Chaldaicum*, ad uſus veſtros adhibeatis, admonitos velim. Haud ignoratis, largam eſſe Lexicorum ejusmodi copiam: ut magis de incredibili eorum numero, quam de inopia, querendum vobis videri poſſit. Sed obſervationes tamen *Schultenſii*, *Schroederi*, *Michaëlis*, ſimiliumque virorum, in his literis principum, quibus vocabula, in *Veteris Teſtamenti Codice* obvia, ſaeculo noſtro, eximie paſſim illuſtrata ſunt, a nemine huc usque Lexicographo, ita in claſſes digeſtae fuerant, ut Lexici inſtar vobis commode ſatis poſſent inſervire. Itaque hunc, ceteroquin taedii pleniſſimum, laborem, ſubire veſtra potiſſimum de cauſſa haud piguit; ut tandem aliquando certius vobis conſtare poſſet, de *primariis verisque* vocum *Hebraicarum* & *Chaldaicarum* notionibus: quibus cognitis Lexica *Cocceji*, *Caſtelli*, *Simonisque*, quae ceteris omnibus palmam praeripere meritiſſimo cenſentur, tanto majori cum fructu poſſetis verſare, *phraſeologiamque* inprimis, & *ellipſes Hebraicas*, ex iisdem addiſcere. Noviſtis vos omnium optime, commilitones, quid mihi quidem, in ſcholis Orientalibus habendis, potiſſimum curae cordique ſit: quamque

que diligenter vobis quotidie commendare soleam, ut paradigmata *Conjugationum*, *Declinationum*, & *Adfixionum*, quas vocant, generoso labore ediscatis, quantaque cum contentione *analogiam linguae veteris*, hac etiam in parte, vobis, ad oculum studeam demonstrare. Quo magis enim in promtu haec vobis fuerint paradigmata, quoque notiorem vetustissimae linguae orientalis analogiam habueritis, eo facilius uti poteritis Lexico hoc qualicumque nostro: in quo *notiones* vocabulorum *primariae* ac *propriae*, quoad ejus facere nobis licuit, principe semper loco sunt positae. Quod superest, cavete vobis, quaeso, etiam atque etiam, ne quis, hoc quidem in praeclaro studio vestro, specie quadam veri vobis imponat, aut dicteriis in *primarias* illas & *proprias* notiones, quas tantoopere commendet schola *Schultensiana*, false satis conjectis, vos conetur absterrere, a methodo, quam vir ille immortalis, inter Batavos nostros, eximie demonstravit.

Abusos fuisse nonnullos nostratium studio hoc praestantissimo Etymologico, atque etiamnum, ut homines sumus, abuti, quis neget? Eorum in numero & ipse fortasse sim censendus: quod tamen ut tanto magis caverem, & alios, disciplinae nostrae traditos, docerem cavere, statim jam ab initio professionis meae, ante hos XXIV annos, in Academia nostra Gelro-Zutphanica, feci, Oratione habita, *de Abusu dialectorum orientalium, in solida Codicis Hebraei interpretatione non committendo*, quae recusa est, post dissertationes nostras in *Canticum Hiskiae*, *&c.* in forma VIII. Maj. editas Lugduni Batav. 1769. Idem argumentum, quinquennio post, in Academia Trajectina, tractavit vir celeberrimus, nobisque amicissimus, *Sebaldus Ravius*, elegantissima oratione de *Judicio in Philologia Orientali regundo.* Ut vel hinc, apud omnes, satis constare possit, quantoopere ab abusu isto in Belgica nostra, & ipsi abhorreamus; quamque parum aeque illi faciant, qui Batavos nostros homines eo nomine accusent, *Schultensianamque methodum*, quam ipsi ignorant, vano ludibrio satagant exponere.

Nos

Nos quidem etiamnum hodie, cum *A. Schultensio*, haud erubescimus palam profiteri, „ *axiomatum* loco nobis esse *octodecim*, quae vir ille summus, in libello aureo (*Veteri & regia via Hebraizando* dicto, annoque hujus saeculi *vicesimo octavo* jam edito) proposuit & data opera uberius demonstravit, decreta philologica.

Ea quidem nemo vestrum gravabitur, opinor, hic loci, in usum majorem Lexici nostri, descripta iterum legere. Sunt autem sequentia.

I.

„ *Omnes* Linguae *habent aliquid* privum, singulare, domesticum, suum, *tum in* secundariis, *tum in* primariis significationibus, *quod in alias* Linguas *eadem* virtute, dignitate, venustate, & amplitudine, *transfundi non potest.*

II.

Hic character *multo* eminentissimus *est*, *ob summam antiquitatem*, *in* Lingua Hebraea, *ejusque* Dialectis Chaldaica, Syriaca, Arabica.

III.

Omnes Linguae *sub* uno Vocabulo *unam tantum* significationem primariam, & propriam, *possident.*

IV.

Eaedem tamen omnes foecundae sunt in significationes, *quas vocamus*, secundarias, *per* Metaphoram, Metonymiam, Synecdochen, Ironiam, Catachresin, *aliosque* tropos *Rhetoricos.*

V.

Tanta haec est foecunditas, *ut* una princeps, & propria, *potestas* unius Vocabuli, *sese aliquando ad* triginta, sexaginta, centum, & *ultra*, secundarias & tropicas significationes *diffundat*, *haud secus ac* stirps ramos majores, minores, *quaquaversum dimittit.*

VI.

Inter has secundarias notiones *nulla saepe* similitudo *apparet*, convenientia *nulla*, *nulla* concordia, *sed contra* dissimilitudo, discrepantia, pugna;

pugna; *quae tamen revera nulla esse nec debet, nec potest, in* Lingua bene constituta.

VII.

Harum diffidentium & pugnantium significationum concordia inveniri *plane nequit, certe non* demonstrari, *nisi prae manibus sit* primaria, *unde* secundariae istae profluxerunt.

VIII.

Haec tamen primaria, princeps, propria, una, in *omnibus* Linguis *est rarioris usus; quum ex adverso* Metaphoricae, Metonymicae, Synecdochicae, *reliquaeque illae, quas* secundarias *dicimus, multo creberrimae sint, & passim regnent.*

IX.

Id adeo verum, certumque, ut aliquando primigenia potestas *in magno Libro, & Auctore copioso, quin & in pluribus, ne semel quidem occurrat, ubi* secundariae potestates *omnem paginam implent, & sexcenties recursant.*

X.

Quo minor copia Librorum *in aliqua* Lingua, *eo impeditior* investigatio Originum, *sive* principum notionum, *unde* secundariae *manarunt.*

XI.

Si unus *tantum* Codex *ex aliqua* Lingua *superfit, qui de* rebus humanis & Divinis *copiose & ornate tractet, per* Naturam *ipsam* Linguae *fieri nequit, ut in eo* Libro *plerorumque Vocabulorum* Origines *contineantur: sed, ut modo insinuatum, vel* nullae *ibi comparebunt, vel* rarissimae.

XII.

Jam vero quae Origines *in ipso, quo gaudemus,* Libro *non continentur,* eae *ex illo certe* fundo *effodi, &* solide demonstrari *nequeunt; etiamsi universam vitam in* acerrima collatione, & contentione locorum, *consumeremus.*

XIII.

Nempe secundariae *illae* notiones, *quae per* Metaphoras, Metonymias,

mias, Synecdoches, Ironias, *aliasque* figurationes *efflorescunt*, *adeo* arbitrariae *sunt*, *adeo* liberae *ac* solutae, *ut*, a priori, *nullo ingenio humano*, *nulla arte* Critica, *nulla* Logica *aut* Metaphysica *speculatione attingi aut demonstrari queant*; *sed* a posteriori *demum reperiuntur*, *id est per inspectam* Originem *patescunt*, *atque se sua luce & gratia omnibus insinuant*.

XIV.

Ut Origines Hebraeae *in* Versionem Vernaculam *quamcumque transfundi nec debuerunt*, *nec sane potuerunt*, *ita* a sensu communi *abhorret*, *eas ex* Versionibus *sive* Veterum, *sive* Recentiorum, *indagare & constituere velle*.

XV.

Quae Origines *in* Fonte Hebraeo *ne adsunt quidem*, *eae multo minus adhuc in* Versionibus *exprimi potuerunt*.

XVI.

Primariae *istae* potestates, *sive* Origines, *quae in* Bibliis *ipsis non extant*, *nec occurrunt*, *secundum* Naturam rei, & sanam rationem, *nuspiam alibi* nec residere *possunt*, nec vestigari *debent*, *quam in* Dialectis *ejus*, & corpore Linguarum Orientalium.

XVII.

Nullae Dialecti, *quibus aliquid inter se cognationis*, *sibimet sufficiunt*, *ad* Origines *sibi suas praestandas*: *sed* mutuam opem lucemque *desiderant*.

XVIII.

Ad interiorem medullam Linguarum, & Originum conspectum sensumque vivum, *non per* Lexica *pervenitur*, *sed per* assiduam lectionem Librorum, fontiumque Veterum. *Parum sapit*, *qui e* Lexicis *tantum sapit*." Hactenus *Schultensius*.

Sed eorum quidem *Schultensianae scholae* decretorum demonstrationem amplissimam legere soletis, in aureo libello, unde descripta a nobis fuere. Itaque vix opus est, ut verbum addam. Unum reti-

cere nequeo, ipsum *A. Schultensium*, (ut vir erat summae eruditionis laborisque incredibilis, ubi literaturae Orientalis Codicisque sanctissimi divini res ageretur) secundum hos Canones suos, Lexicon sane peregregium condere coepisse, ejusdemque operis sui particulam typis excudendam jam curasse, at, aliis gravissimis districtum curis, laboribusque, ut opinor, potissimum exegeticis, in Salomonis Proverbia, occupatum, ad umbilicum illud perducere haud potuisse: desiisse igitur Manuscriptum ipsius Lexicon in iis verbis Hebraicis, quae a litera ע inciperent. Nos, ne aeterni operis illius pulcherrima perirent initia, plagulas binas, typis jam descriptas, atque in auctione publica *Joannis Luzacii*, bibliopolae clarissimi Leidensis, propositas, coëmi jussimus, visumque nobis fuit, easdem binas plagulas, in Bibliopolio Kastelii nostri, commilitonibus offerre, ut, si cui eorum videretur, post calcem Lexici nostri, uno volumine, compingi possent, & hoc modo commodius asservari; utque simul orbis literatus, promulside hac e manibus nostris accepta, siti flagrare inciperet, totius (quoad in MStis exemplaribus haberetur) Lexici *Schultensiani*, (recisis repetitionibus quibusdam, quas scholae *Schultensianae*, in *Lexicon* illud, per multos annos habitae, ea tempestate necessarias faciebant) formulis typorum descripti potiundi. Quod quidem si cum pace viri celeberrimi *Henrici Alberti Schultensii*, avitae paternaeque eruditionis, ut cathedrae Orientalis, in Academia Batava, heredis, amicique nostri integerrimi, hoc tempore fieri liceret, tam praeclaro operi promovendo, operas typosque nostros Harderovicenos, lubentissime consecraremus: neque copia deësset Codicum ejusdem Lexici MStorum; quippe cujus exemplo MS. vel inter ipsos Bibliothecae, toto orbe celeberrimae, Bodlejanae thesauros reponi contigisse fama fert, cujusque plurimi in Belgica nostra adhucdum supersunt Codices. Sed e diverticulo in viam redeamus: paucaque adhuc dicamus, quae nobis restant, de *Lexici* qualiscumque *nostri* instituto, usuque ejusdem, a commilitonibus nostris faciendo.

Itaque

Itaque *primo* loco illud teneatis, velim, commilitones dilectiſſimi, ad Lexicon hoc noſtrum unicuique veſtrum aditum, ut opinor, commodiſſimum patere, quam primum *ſpecies*, quas vocamus, *conjugationum Hebraicarum*, & *Chaldaicarum*, ac *ſingularum ſpecierum flexus*, ſive *paradigmata*, ex Inſtitutionibus *Schultenſii*, aut *Schroederi*, Grammaticis *Hebraeis*, atque ex Inſtitutionibus *Schultenſii Aramaeis* (quae apud Bibliopolam noſtrum, *Joannem van Kaſteel*, comparari etiam poſſunt) aliquatenus cognoveritis. *Deinde* in votis nobis eſt, ut ſinguli (quotquot, adhibito Lexico noſtro Hebraica & Chaldaica Biblica accuratius diſcere aveatis) exemplum aliquod hujus Lexici charta pura in uſus veſtros diſtingui vobis curetis: cui quidem chartae purae inſcribere poſſitis ea, quae in *Bocharti*, *Pocockii*, *Schultenſiorum*, *Schroederorum*, *Venemae*, *Ravii*, *Verſchuirii*, *Walravii*, *Muntinghii*, *Michaëlis*, *Dathii*, *Schnurreri*, *Doederleinii*, *Eichhornii*, *Knappii*, ſimiliumque virorum, libris, obſervationibusve, legendis, vobis occurrerint notatu digniora. Reperietis quidem in ipſo Lexico noſtro, ex immortalibus illorum virorum principum ſcriptis, quaedam laudata: ſed eam quidem inopiam noſtram vos ipſos, inter legendum, oportet augere, ut hoc pacto ſimul *veſtra* fiant, quae legeritis, non noſtra, poſſitisque ea, in ſcribendis diſſertationibus, ut *veſtra*, adhibere. *Tertium* eſt, idque palmarium, ut ad oram Lexici noſtri adnotetis *Codicis Sacri*, *in quibus ſingulae notiones* vocabulorum *occurrant*, loca. Quod ut ſedulo faciatis, etiam atque etiam vobis commendamus, rogatosque vos in primis habemus. Dici non poteſt, quanta, ex tam praeclaro inſtituto, laboreque veſtro, vos reportaturi ſitis commoda: idque, ut, majori cum facilitate, facere poſſetis, oras paginarum Lexici fecimus ampliores. Plura, quae in praeſentia addam, non ſuccurrunt. DEUS O. M. ſtudiis veſtris omni ratione faveat, vobisque largiatur adeo praeceptorem, longe omnium praeſtantiſſimum, JESUM CHRISTUM, ad cujus pedes modeſtiſſimi ſedeatis ac diligentiſſimi diſcipuli, cujusque ſpiritus vos ducat εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν.

SCRIPTU-

SCRIPTURAE COMPENDIA IN LEXICO NOSTRO ADHIBITA.

Act.	notat	*Active* five *transitive*.
Ar. vel *Arab.*		*Arabice*, vel *Arabum.*
Aram.		*Aramaee.*
Belg.		*Belgice*, vel *Belgarum.*
c. c.		*conftruitur cum.*
c. g.		*communis generis.*
cet.		*cetera.*
Cf.		*Confer*, vel *conferatur.*
Ch. vel *Chald.*		*Chaldaice*, vel *Chaldaeorum.*
cogn.		*cognatum.*
Coll.		*Collectivo ufu.*
coll.		*collato*, *collata.*
comp.		*compofitum.*
conf.		*confer*, vel *conferatur.*
conftr.		*conftructum.*
contr.		*contractum*, vel *contractio.*
e. c. vel *ex. gr.*		*exempli cauffa*, *exempli gratia.*
et.		*etiam.*
etc. *&c.*		*et cetera.*
f. g.		*foeminini generis.*
fig.		*figurate*, vel *figurato ufu.*
fort.		*forte* vel *fortaffe.*
g.		*generis.*
Ib. Ibid.		*Ibidem.*
Id.		*Idem.*
Intr.		*Intransitivum.*
It. Itid.		*Itidem.*
i. q.		*idem quod.*
m.		*mafculinum.*
leg.		*legendum.*
Met. Metaph.		*Metaphorice.*
Meton.		*Metonymice.*
mul.		*mulieris*, vel *mulierum.*
n. vel *n. g.*		*neutrius generis.*
obf. obfol.		*obfoletum.*
Paff.		*Paffivum.*
pec.		*peculiariter.*
Perf.		*Perficum.*
perf.		*perfona.*
pl.		*pluralis.*
pp.		*proprie.*
propr.		*proprium.*
q. vel *q. d.*		*quafi*, *quafi dixeris.*
quiefc.		*quiefcens.*
quiet.		*quietem.*
f.		*five.*
Sam.		*Samaritane.*
Syr.		*Syriace.*
Tranf.		*Tranfitive.*

Notae fpecierum verbi (quae vulgo Conjugationes dicuntur) quales funt *Niph.* (id eft *Niphhal*) *Pihh.*, (*Pilhel*) *Pyhh.* (*Pyhhal*) &c. ex cel. virorum *A. Schultenfii* & *N. G. Schroederi* Inftitutionibus Grammaticis Hebraeis, vel Aramaeis, vulgo fatis cognitae funt.

EVER-

EVERARDI SCHEIDII

LEXICON

HEBRAICUM ET CHALDAICUM.

MANUALE.

א

א *prima Alphabeti litera, formis verborum Infinitivis conſtructis, in* prima ſpecie, *praemiſſa efficit nomina* adjectiva intenſiva: *ut* אַכְזָב valde mendax, אַרְבֶּה valde copioſa, *eximie* locuſta.

אבב *& contracte* אב, *cognatum Arab.* הָבַב Movit, commovit. *Unde* אָבִיב, *m. pp.* forma participii paſſ., *eximie* culmus, *a continuo motu, quo a vento impellitur. Etiam metonymice* Abib, nomen menſis. אֵב *m.* Vigor, *etiam* viror. *Plur.* Fructus recentes.

אבד *Chald.* אֲבַד Vagatus, divagatus fuit: aberravit, periit. *In Pihh. & Hiph.* Perire fecit, perdidit. אֹבֵד *m. Partic. Act.* Errans,

rans, periens. *Substantive* Divagatio, interitus. אֲבֵדָה *Partic. Act. f. g.* Periens, elapsa: *absolute* Res elapsa, amissa. אֲבַדָּן & אָבְדָן *m.* Interitus, perditio. *Nomen cum terminatione* ן *vide Gramm. Schroed. R.* XCII, *p.* 152. אֲבַדּוֹן *m. Nomen ductum ex specie Pihlel*, Disparitio omnimoda, interitus, exitium.

אבה *pro* אבב & אָבַב, Inclinatus, inflexus fuit *ad aliquem. Hinc* Adnuit, voluit, benevolus fuit. אָב, *m. pro* אֲבֶה, & *pro* אֲבִי, Pater: (*unde constr.* אֲבִי) *propr.* Propensus, inclinatus, *erga prolem. In Plurali* אָבוֹת, *constructe* אֲבוֹת. *Sed haec forma ducta est ab obsoleto Singul.* אֲבָה, *Arab. pp.* Inclinatio, paternus affectus, paternitas. *Belgice* Vaderschap. אֵבֶה *m.* Arundo. *Ab* inclinatione, & proclinatione, *dum vento agitatur.* אֲבוֹי *Interjectio*, Evoe! evohe! *Aliis* Prolubium, desiderium. אֶבְיוֹן *m.* Incurvatus, afflictus, pauper: *quasi* ὑποπτάζων. אֲבִיּוֹנָה *f.* Prolubium, appetitus, desiderium concubitus.

אבח *Arab.* Comminatus fuit. *Fortasse pp.* Crepuit, crepitavit. *Unde* אִבְחָה Comminatio, intentatio, *pp.* crepitatio *gladii.*

אבט *Inusitatum Hebraeis. Quod huc referendum videri possit*, אֲבַטִּחִים Pepones, *pertinet ad* בטח.

אבך *Ar.* Densus fuit. *Hithpahh.* Densa copia extulit se *fumus.*

אבל Marcuit, emarcuit *planta. Metaph.* Emarcuit *luctu.* אָבֵל *Part. Kal.* Lugens vehementius. *Etiam* Nom. propr. אֵבֶל *m.* Luctus gravior. אֲבָל *Particula dolendi*, Ah! 2 *Sam.* 14: 5. *Etiam adfirmandi*,

cum

cum adfectu quodam, ut Belg. Jaa maar, *Lat.* Atqui, sed vero. אוּבַל & אֻבָל *vide sub* יבל. אוֹבִיל *Arab.* Rei camelinae gnarus. *Hinc fortasse* nomen proprium praefecti camelorum Davidis.

אָבַן *Ar.* Coaluit, concrevit in massam firmiorem. אֶבֶן *c. g.* Lapis, *spec.* pretiosus. *Etiam talis, qui pro* pondere *adhibebatur.* אֹבֶן *m. inusit. Dual.* אָבְנַיִם Sella figuli & parturientium. אֲבָנָה Abhana. Nomen montis, & fluvii. אַבְנֵט Balteus. *Vide sub* בנט.

אָבַס *Ar.* Collegit, congregavit. *Unde* אֵבוּס Area, praesepe: & *hinc porro* אָבוּס Saginatus, bene pastus. מַאֲבוּס Area, *pec.* patens, subdialis.

אָבַע *obsol. idem quod* אָפַע, Flavit, proflavit אֲבַעְבֻּעוֹת, *formae* חֲבַרְבֻּרוֹת, *f.* Pustulae. *Belg.* blaasjes. [illegible]

אָבֵץ *Ar.* Alacer, agilis fuit. אֶבֶץ Ebhets. Nomen urbis. אִבְצָן Ibhtsaan. Nomen praefecti Israëlitarum.

אָבַק *Ar.* Mobilis, fugitivus fuit. *Unde fortasse* אָבָק Pulvis tenuior: & *hinc denuo in Niph.* נֶאֱבַק. In arenam descendit, colluctatus fuit. אֲבָקָה *vel* אַבְקָה Pulvis aromatarii.

אָבַר *Ar.* Pupugit *cauda scorpio.* Nocuit. Perdidit, exitio dedit. אָבִיר Acuminatus. Validus, fortis. אַבִּיר Praevalidus, robustus. Audax. heros. אֵבֶר *m.* Penna major. ala. *Unde in Hiph.* הֶאֱבִיר Pennas motitavit. אֶבְרָה *Itid.* Penna, ala, *pec.* firmior.

אָגָא *Ar.* Fugit, aufugit. אָגֵא Agee. *pp. Partic. act.* Nomen viri, pater Schammae.

אגג *Ar.* Arsit, flagravit *ignis. Metaph.* Cucurrit, celeravit gradum *struthiocamelus.* Impetum dedit &c. אגג & אגג Nomina propria virorum. אגגי *Patronymicum*, Agagita.

אגד *Chald.* Ligavit, colligavit, constrinxit firmius. אגדה *pro* אגדדה Fasciculus colligatus. Nexus jugi. Structura firmior: fornix. Agmen, turba.

אגז *Ar.* Flexit, inflexit. אגוז Nux. juglans.

אגל *Ar.* Conclusit, continuit, collegit. *Etiam* Terminum posuit. אגל *Pl.* אגלים Guttae, stillae. אגלים *in forma Duali*, Nomen urbis, *in confinio Moabitarum.*

אגם *Ar.* Arsit, ferbuit. Aestuavit, *pec.* animo. *Hinc* pertaesus fuit, nauseavit. אגם *Partic.* Aestuans, nauseans, pertaesus. אגם אגם Stagnum, *pec.* aqua plenum, aestuans. אגמן Stagnum majus: *Et per Meton.* Arundo, *vel* juncus. *Etiam* Ahenum.

אגן *Ar.* Alterata, corrupta fuit *aqua.* אגן & אגנה Crater. *Alii referunt ad* נגן.

אגף *deperditum, idem fortasse ac* יגף *sive* חגף, *Arab.* Commotum fuit, vacillavit: *vel idem quod* כנף *Arab. & Syr.* Contraxit, motitavit *alas. Hinc* אגפים *m. pl.* turmae, agmina, *pp.* alae exercitus.

אגר *cognatum* אגל Convolvit, collegit, congessit. *Unde* אגרת *f.*, *Chald.* אגרא, volumen, epistola. אגורה nummulus, merces. אגור *Partic. Pass. & nom. viri*, Agur. אגרטל *m.* pelvis, *pp.* collector roris, *sive* sanguinis; *ex* אגר & טל.

אָדַב, *cognatum* דָּאַב, Tabuit, *vel* הָדַב *Arab.* emulſit. *Unde in Hiph.* tabefecit, confecit dolore. אַדְבְּאֵל Adhbeël, *nomen viri.*

אָדַד, *idem quod* הָדַד, *Arab.* Extendit *rem;* protraxit vocem, vociferatus fuit; vagatus fuit. *Unde* אֲדַד Adad, *nomen viri*, *qui alias* הֲדַד. אִדּוֹ Iddo, *nom. viri.* אַדָּן & אַדּוֹן Addaan, & Addoon: *item nomina propria.*

אָדָה, *ſive* אֲדָא *Chald. idem quod* אָזָה *Hebr.* أدى *Arab.* & أد, Secuit, amputavit. *Unde Chald.* אֱדַיִן, & בֵּאדַיִן, *pro* בְּאֱדַיִן tunc, *pp.* in diviſionibus, *ſive* articulis *iſtis.* מִן אֱדַיִן exinde, *pp.* inde ab articulis *iſtis.*

אָדַל *Arab.* Jactando motitavit. *Unde Syr.* אַדְוַלְיָא Fibra, juncus. אֲדַלְיָא Adalja, *nomen Perſicum.*

אָדַם Rutilavit, ſplenduit. אָדֹם *m.* אֲדֻמָּה *f.* Rutilans, lucidus. אֲדֻמִּים *m. Plur. et* Adummim, *nom. loci.* אֹדֶם Gemmae ſpecies, *vulgo* Sardius, *vel* Rubinus. אֱדוֹם *m.* rubicundus. *Nom. propr.* Eſavi: *unde gentile* אֲדֹמִי Edomita, Idumaeus. אָדָם homo; *pecul.* infimae conditionis, *oppoſ. alteri* אִישׁ. אֲדָמָה terra, humus. *et* nom. urbis *In regim.* אַדְמַת, *fortaſſe ab obſol.* אַדְמָה, *quod ſupereſt in nomine proprio urbis*, אַדְמָה Adma, *ſive* Adama. אֲדָמִי Adamaeus, *et collective* Adamaei. אַדְמֹנִי rubicundus; *formae* אַלְמֹנִי אֲדַמְדָּם *m.* אֲדַמְדֶּמֶת *et* אֲדַמְדַּמָּה *f.* Summe lucidus, candidus. אַדְמָתָא Admatha. *nomen propr.* principis Perſici.

אָדַן *cogn.* הָדַן *Arab.* Depreſſus, ſedatus, fuit. Quievit. *Hinc* אֶדֶן *m.* baſis,

basis, fulcrum. אַדָּן Addaan, *et* אַדּוֹן Addoon, *nomina virorum. Conf. sub* אָדַד. אָדוֹן, dominus, *pro* אֲדֻנָן, *sive* אֲדִדָן, *pertinet ad* דָּדַן, *sive* דָּן, Judicavit.

אָדַר *cogn.* הָדַר, *Arab.* Tumuit, intumuit. *Niph.* elatus, magnificus fuit. *Hiph.* elatum, gloriosum reddidit. *Hinc* אֶדֶר *m.* amplitudo, magnitudo: *item* vestis ampla. אַדִּיר tumidus, amplus, magnificus. *Plur.* magnates. אַדֶּרֶת amplitudo, magnitudo: toga ampla, pallium. אֲדָר *m.* Adaar, *nomen mensis*, *respondentis partim* Februario *nostro.* אַדָּר Addaar, *nom. viri.* אִדַּר *m. Chald.* area ampla. אֲדוֹרַיִם Adoraim, *nom. urbis.* אֲדוֹרָם Adoraam, *pro* Adoniraam, *vide sub* דון. אֲדַרְגָּזְרִין *m. pl. Chald.* judices amplissimi, senatores. אַדְרַזְדָּא *Chald.* strenue admodum, valde firmiter: *compos. ex* אֶדֶר *et* אַזְדָּא, *quod vide sub* אָזַד. אֲדַרְכֹּן Nummus quidam. *Vox videtur peregrina.* אֶדְרֶעִי Edreii, *nomen metropolis Basaniticae: compos. ex* אֶדֶר amplitudo, *et* רְעִי pascuum; *nisi pertineat ad* דרע.

אָדַשׁ *cogn.* דָּשׁ, *pro* חָדַשׁ, Trituravit.

אָהַב *et* אָהֵב *cogn.* הָבַב Adspiravit: amavit, dilexit. *Niph.* amatus fuit. *Pihh.* valde amavit. *Hinc* אֹהֵב *Partic.* Amator. אַהַב, *sive* אֹהַב *obsol. unde* אֲהָבִים amores. אֹהַב *it. obsol. unde* אֳהָבִים amores, *pecul.* furtivi. אַהֲבָה *nomen actionis*, amor: *etiam* id, quod amatur.

אָהַד *deperditum: unde supersunt* אֹהַד Ohad, *et* אֵהוּד Ehuud, *nomina propria virorum.*

אהו

אָחַח *Arab.* Prae dolore suspiravit, dicendo ah! ah! אֲהָהּ ah! ahah! *interjectio* dolentis, *et* lamentantis.

אָחַח *pro* אָהַח, *sive* אָהַהּ, *Arab.* Risit alta voce ingeminando ha! ha! *Hinc* הֶאָח Vah! *particula insultantis, et irridentis.*

אָהַל Tetendit tentorium; *sive potius* tentorium removit. *Hiph.* Tremulo motu splenduit, *vel* tentorium erexit. אֹהֶל *et* אֹהַל Cortina. tentorium: *in Plur.* אֹהָלִים. *Etiam* אֲהָלִים *m. et* אֲהָלוֹת *f.* Santali; *aliis* aloë. *Celsio* Xylaloë *cet.* אֹהֶל Ohel, *nom. viri.* אָהֳלָה Ohola, *nomen propheticum Samariae: et* אָהֳלִיבָה Oholibha *nomen propheticum Hierosolymae.* אָהֳלִיבָמָה Oholibhama: *nom. mulieris, et nom. loci.* אָהֳלִיאָב Oholiab, *nom. viri.*

אָהַר *Obsol.* אַהֲרֹן Aäron, *nom. viri: quod etiam peti potest ab* הָרָה; *et* הָרַן.

(אֹו aut, *pro* אָו; *et* אַו desiderium, *pro* אָוֶן, *vide sub* אָוָה.)

אָוַב, *per quietem* אָב, *Arab.* Rediit noctu. Venit noctu: *pecul.* ad aquam petendam. אוֹב *m. et* אוֹבָה *Obsol.* Uter: *unde plur.* אוֹבוֹת. *Etiam* Spectrum, manes, umbrae: *Unde* שׁוֹאֵל אוֹב. Consulens manes, *et* בַּעֲלַת אוֹב negotium habens cum manibus femina: *et absolute* אוֹב, praestigiator, *vel* praestigiatrix. אֹבוֹת Obhooth *nom. loci.*

אָוַד, *per quiet.* אָד, *Arab.* Incurvavit, inflexit, gravavit. אוּד titio, fumans; lignum incurvatum in igne. אוֹדָה, *pro* אָוְדָה *Arab.* Onus, pondus: *unde* אוֹדוֹת negotia gravia, caussae. עַל אוֹדוֹת propter caus-

caussas. מָאֹד *Obsol.* nisus: *unde* בְּמְאֹד, *et* מְאֹד, cum nisu, *et* nisu, vehementer. *Nisi* מָאֹד *pertineat ad* מְאַד.

אָוָה *pro* אָוַן, *et* אָוַר, *cogn.* עָוָה, *Arab.* Flexit, diflexit, recepit se aliquo. *Pihh. et Hithp.* Desideravit, concupivit. אַו desiderium. אַוָּה, *et* תַּאֲוָה, Propensio, desiderium. אוֹ aut, *pro* אַו *Arab.* او. אוֹי *et* אוֹיָה eheu! vae! אֵי ubi? *pro* אַי, *pp.* flexus, desiderium *rei. vide sub* אַיִ, *sive* אַיָה. אוֹת *c.* signum, prodigium; (*pro* אַוְת, *ex* אַוֶת) *in Plur.* אֹתוֹת. אָת *Chald.* signum. מַאֲוָ *obsol.* Desiderium, desideratum: *unde in Plur. constr.* מַאֲוַיֵּי. אֱוִי Evi. *nom. viri.* אוּאֵל Oueel. *nom. viri: fortasse compos. ex* אַו *et* אֵל.

אָוַז, *obsol. Unde* אוּזַי Ouzai, *formae* אֵילִי, *et* חוּשַׁי.

אָוַח *idem forte quod* אָחַח. *Unde* אֹחִים Striges. *Conf. sub* אָחַח.

אָוַל, *per quiet.* אָל, *cognatum* אָיַל, *Arab.* Crassuit, incrassuit. *Hinc* אֱוִיל crassus, opulentus, stolidus. (אֱוִיל מְרֹדַךְ Evijl Morodach: *nomen regis*) אֱוִילִי crassulus, stolidulus. אִוֶּלֶת stoliditas, opulentia. אוּל robur. robustus: *pl.* אֵלִים opulenti, primores. אוּלַי, *et* אֻלַי, fortasse: *pp.* robora, *vel* firmitates, persuasiones mihi. אוּלַי *Persicum*, Oulai: *nom. fluvii.* אוּלָם anteriores partes *structurae*, vestibulum. *Et partic. fortissime adfirmandi*, enimvero. *et* nom. viri.

אָוַם *per quiet.* אָם, *Arab.* Vocem *anhelando* edidit *sitibundus:* fumum edidit, fumavit. מְאוּמָה res nihili, minimum quid: *pp.* fumus, evaporatum. *Est forma particip. pass. f. g.*

אָוַן, *per quiet.* אָן, *cognatum* אָיַן, *et* אָבַן *Arab.* Fudit, effudit: evacuavit.

cuavit, gemuit. *Hinc* אָוֶן evacuatio, exhauſtio virium, vacuitas, inanitas, iniquitas, violenta oppreſſio. gemitus, dolor, luctus. *In Hithpahh.* quiritatus fuit. אוֹן depromtio facultatum, opulentia. effuſio ſeminis. luctus, dolor. בֵּית אָוֶן Beeth aaven, *pp.* domus, *ſive* locus inanitatis, *vel* iniquitatis; *ironica denominatio* loci, *qui antea* בֵּית אֵל, Beeth-eel; *id eſt* domus DEI. תְּאֻנִים & תְּאֻנִים, defatigationes, moleſtiae. *Adverbialiter* moleſte, multo cum labore. תְּאֵנָה ficus *arbor etc.* (אָן ubi אַיִן vacuitas *&c. vide ſub* אַיִן.) און Oon, *nom. viri.* אֹן On, *urbs Aegypti.* אוֹנוֹ Oono; *urbs Benjamin.* אוֹנָם Oonaam, אוֹנָן Oonaan, *nomina virorum.*

אָרַץ, *per quietem* אָץ, Urſit, fortius inſtitit, feſtinavit: *& intrans.* arctus fuit. *Hiph.* Inſtitit, impulit ad curſum. אָץ, *pro* אָרֵץ, *particip. Kal.* arctus, anguſtus.

אָוַר, *per quiet.* אור, *Ar.* Aeſtuavit. *Hinc* luxit, illuxit, *dies. Niph.* lucidus, illuſtris factus eſt. *Hiph.* accendit, lucidum reddidit, illuſtravit. *Metaph.* exhilaravit, laetum reddidit. אוֹר *m.* lux, lumen, luminare: *meton.* ſol, dies. *Metaph.* gaudium, favor, gratia. *It.* Torrens, *cognatum alteri* יְאוֹר. אוּר *m.* ignis *incenſus*, focus; furnus *accenſus*, *pro* אֵוּר. *Plur.* אוּרִים, *ſive* אֻרִים, foci incenſi, lucidique. אוּרִים וְתֻמִּים URIJM, & THUMMIJM, *pp.* foci & conſummationes, *ſive* perfectiones, *id eſt*, foci perfectiſſimi. אוֹרָה *pro* אֲוֹרָה *vel* אָוְרָה, *f. idem quod* אוֹר *m.* lux. (*Aliud* אוֹרָה olus, *vide ſub* אָרָה.) אֻוְרָה, *cognatum* אָרְוָה, praeſepe; *quo*

quo ruunt pecora cum aestu, sive ardore edendi. מָאוֹר, *pro* מְאֹור, *m.* lumen, luminare: *et* locus, ubi quid illustratur: *Plur.* מְאוֹרִים; *et* מְאוֹרוֹת, *ab obsol. sing.* מְאוּרָה. מְאוּרָה, *pro* מְאֻורָה foramen, caverna, specus. *conf. etiam sub* מְאָר. אוּר Ur, *nom. urbis, et viri.* אוּרִי Uri, *nom. viri. Item* אוּרִיָּהוּ Urijahu, אוּרִיָּה, Urija, *et* אוּרִיאֵל Urijeel, *nomina virorum.*

אַוָת, *per quiet.* אָת *obsoletum; cognatum fuit aliis* אָתַת, *et* אָתָה, Tetendit, tensa manu demonstravit. *Hinc* אוֹת, *idem quod* אֵת, *particula* demonstrandi, *et Accus. Vid. Gramm. Schroeder. p.* 244. 315. *coll. p.* 172. (אוֹת signum, *pro* אֹוֶת, *vide sub* אָתָה.)

אָזָא *Chald. cognat.* אָזַז, Fragorem strepitumque edidit *ignis* flagrans. Accendit, succendit. *Hinc* מֵזֵא accendere. *Infin. pro* מֵאזָא.

אָזַב *Arab.* diffusa fuit *aqua.* Intonsa, hirsuta, fuit *coma.* אֵזוֹב Hyssopus. *aliis* rosmarinus, mentha, ruta muraria. אֶזְבַי Ezbaj, *nom. viri: quod etiam referri potest ad* זָבָה, *pro* זָבַי.

אָזַד *Chald., cogn.* יָצַד *Ar.* Firmus, stabilis fuit: firmiter decretum fuit *negotium.*

אָזָה *cogn.* אָדָה, *Arab.* Secuit. aequali mensura distribuit, finivit. אָז, *pro* אָזֶה, definitum tempus, articulus certus. *Unde* אָז, *pro* בְאָז, articulo isto, tunc. מִן אָז, *et* מֵאָז, exinde. antiquitus, antea, olim. אֱזַי, *Chald.* אֱדַי, (*formae* עֲלֵי) tunc, eo tempore: *pp.* articulis istis mihi.

אָזַז, *cognatum Chald.* אָזָא, *Arab.* Bullivit, bulliendo murmuravit aqua,

aqua, olla, cet. Unde אַז aestus bulliens, fervor *nasi*; ira vehementior. (*Aliud* אָז tunc, *pro* אָזָה, *vide sub* אָזָה.)

אָזַל *Chald.* אֲזַל, *Arab.* Cohibuit, retinuit, *equum*. Acquisivit sibi *rem. Etiam intrans.* Arctatus, ad angustias redactus fuit. Coarctata fuit *manus*; ad paucitatem redacta fuit *copia*, *aqua*. Intorsit se *camela*. Abiit, discessit. אָזַל Angustia, penuria summa. מְאוּזָל netum, textum. אוּזָל Uzaal, *nom. viri.*

אָזַן *Arab.* Contracta fuit in se, & marcescere coepit *planta*. אֹזֶן *f.* auris, *a contractione*, & *adductione*: *meton.* auditus. *Ab* אֹזֶן *porro* אִזֵּן *in Pihh.* Aurem attendit, auscultavit. & *Hiph.* הֶאֱזִין, aurem admovit, attendit. מֹאזְנַיִם *m.* (*Chald.* מֹאזְנַיָּא) bilanx: *ab inusit. Sing.* מֹאזֵן, *pro* מֵאֲזָן. *Conf. Ar.* מִיזָן libra, *a* וַזַן *sive* זַן, ponderavit, libravit. (אֲזֵנִים instrumenta. *vide sub* זוּן.) אָזְנִי Ozni, *nom. viri*, *pp.* auritus, magnis praeditus auribus. *Unde* אָזְנִי Oznita. אֲזַנְיָה Azanjaa; יַאֲזַנְיָהוּ Jaäzanjahu; יַאֲזַנְיָה Jaäzanja, *nomina virorum.* אֻזֵּן שֶׁאֱרָה Uzzeen Sjeëra, *nomen oppiduli.* אַזְנוֹת תָּבוֹר Aznooth Thabhoor, *nom. urbis.*

אָזַק, *cogn.* זָקַק, *Arab.* Coarctatus, pressus fuit. *Hinc forte* אֲזִקִּים, *pro* מַאֲזִקִּים; catenae, manicae. *Potest etiam repeti a* זָקַק.

אָזַר Cinxit, accinxit se, roboravit. *Niph.* accinctus fuit. *Pihh.* cinxit firmiter, undique circumvallavit. *Hithp.* accinxit semet. אֵזוֹר *m.* cingulum, semicinctium.

אָזַד, *cogn.* חָדַד, Acutus fuit. *Hithp.* exacuit se, acutum sese prae-

 stitit

ſtitit *gladius.* אֶחָד & אַחַד, unus, unicus. primus. *in foemin.* אַחַת, *pro* אַחֶדֶת, & אֶחַת *pro* אֶחֶדֶת, una, unica. *Et adverb.* unicâ vice, ſemel; *pro* בְּאַחַת. חַד *Chald.* (*pro* אֶחָד) unus; *in foem.* חֲדָא, *vel* חֲדָה. *Unde* כַּחֲדָה ſimul; *pp.* ſecundum unicam, *nempe*, vicem. אֵהוּד Echudh, *nom. viri.*

אָחָה, *pro* אָחַו *et* אָחַי, *Arab. et Chald. pp.* Junxit, conjunxit, conſociavit. *Hinc* אָח, *pro* אָחֶה, *et* אָחִי (*unde conſtruct.* אֲחִי) Frater, cognatus, ſocius, familiaris. *In Plur.* אָחִים, *et* אַחִים, *et* אֶחִים. אַח *Chald.* frater, *Plur.* אַחִין, *et* אֶחִין, *ſonis* a *et* e *permutatis.* אָחָה *obſol.* Soror: *unde Plur.* אָחוֹת *It.* אֲחָוֹת, *et* אַחְוֹת: *ab inuſit. Sing.* אַחְוָה, *et* אָחְוָה. *Porro* אָחוֹת Soror, *Singulare*, *pro* אֲחֶוֶת. אַחֲוָה *f.* conſociatio, fraternitas. (אַחֲוָה *Chald.* אַחֲוָיָה, indicatio, *pertinet ad* חֲוָה.) אָחוּ juncus, alga: *pro* אָחוּו, *pp. forma participii Paſſivi.* אַחְאָב Achaabh, *et* אֶחָב Echaabh, *nomina virorum.* אֲחִי Achi, אֵחִי Eechi, אֲחִיאָם Achiaam, אַחְיוֹ Achjoo, אַחְיָן Achjaan *etc. nomina propria.*

אָחַז Prehendit, apprehendit, manu injecta cepit, tenuit, poſſedit. *Niph.* Prehenſus, captus fuit: *et* arripuit, poſſeſſorem ſe conſtituit. *Pihh.* firmiter prehendit, continuit. אֲחֻזָּה, *pro* אֲחוּזָה, res arrepta, poſſeſſio. אָחָז Achaaz, *et* אַחְזַי, Achzaj, *nom. virorum.* אֲחֻזָּם Achuzzaam, אֲחֻזַּת Achuzzath, אֲחַזְיָהוּ *et* אֲחַזְיָה, Achazjahu, *et* Achazja, *item nomina propria.*

אָחַח, *cogn.* אָגַג, *et* אָבַךְ *Arab.* Sonum ah edidit, & iteravit. Arſit, fla-

flagravit: excanduit. אָח Ah! *interjectio, dolentis, gementis: et insultantis,* הֶאָח Evax! euge! אָח *f.* focus. ignis succensus. אֹחִים striges, *genus avium; a sono rauco et lugubri.* (אָח frater, *vide sub* אָחָה.) אֲחוֹחַ Achooach, *nom. viri, qui etiam* אֲחִיָּה *vocatur. Hinc* אֲחוֹחִי Achoochita.

אָחַל *perdita stirps.* אַחֲלַי Utinam, *pp.* suavitates mihi! *vide sub* חָלָה, *pro* חֲלִי. אַחְלָם, & אַחְלָמָה, *vulgo* Amethystus: *vide sub* חָלַם.

אָחַם *stirps nulla.* אַחְמְתָא, *vulgo* scrinium, arca, *fortasse est Persicum.* (*vide & sub* חָמַת.) *Nomen* אֲחִימָן, Achimaan, *videtur compos. ex* מָן *et* אָחִי. אֲחוּמַי Achumaj, *nom. viri; etiam compositum: nisi pertineat ad* חָמַם.

אָחַר Posterior fuit, retromansit, moratus fuit. *in Pihh. et Hiph.* Moratus fuit, retardavit, distulit. *Hinc* אָחוֹר posterior, aversa, pars; *oppos.* ־ קֶדֶם parti anteriori. לְאָחוֹר, *et* בְּאָחוֹר, *et* אָחוֹר in posterum, retrorsum, tandem: מֵאָחוֹר a tergo. *Plur.* אֲחוֹרִים partes posteriores, posteriora. אַחֵר *et* אַחֵר diversus, posterior, alius: melior, excellentior. (*quod etiam repeti potest a* הָדַר; *ut* אַחֵר *hocce sit pro* אַהְדֵר.) *Plur.* אֲחֵרִים secundi, posteri. אַחַר aversio, retromansio, subsecutio: pars postera. *Unde* מֵאַחַר, *absolute* אַחַר, post. מֵאַחֲרֵי *et* אַחֲרֵי, subsecutionibus, postea. אַחֲרַי subsecutionibus mihi, postea. אַחֲרֵי *Chald.*, (*quod alias* אָחֳרִית) altera; *Hebraice* אַחֲרִית *pp.* subsecutio, finis, extremitas: *etiam* praemium, merces. אַחֲרוֹן postremus: *in foem.* אַחֲרוֹנָה post-

poſtremum; *cum praefixis* בְּ, לְ & poſtremo. אַחֲרֵין, *vel* אָחֳרָן *Chald.*, ſubſecutionibus, *eſt Plur. a Sing.* אַחַר; *Arab.* pars ſequens, poſterior. אָחֳרָן *Chald.* alius, alter. אֲחֹרַנִּית, *pro* אֲחֹרָנִית *foem. obſoleti* אֲחֹרָנִי, *adverbialiter* retrorſum. retro. אַחֵר, Acheer, & אַחְרַח, Achrach, *nomina virorum. Sed poſterius pertinet fortaſſe ad* יָרַח; *unde & forte* אֲחַרְחֵל Acharcheel, *item nom. viri, pro* אַחַרְחַר.

אחש *ſtirps nulla.* אֲחַשְׁדַּרְפְּנִים; & *Chaldaice*, אֲחַשְׁדַּרְפְּנַיָּא, Praefecti palatii, ſatrapae; *pp.* majeſtatis *regiae* apparitores: *Uti &* אֲחַשְׁתְּרָנִים Muli regii, *pp.* majeſtatis *regiae* muli; *voces Perſicae compoſitae.* אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ Achaſchveerooſch, Ahaſuerus, & *brevius* אֲחַשְׁרֹשׁ Achaſchrooſch; *nomina Perſica.* אֲחַשְׁתָּרִי Achaſchtarita, *ab* אֲחַשְׁתָּר Achaſchtaar, *nomine viri.*

אטד *cogn.* יָתַד *Arab.* Stabilivit, firmavit. אָטָד Rhamnus, *a firmitate ſtirpis, & radicum. Etiam* Ataad, *nom. loci.*

אטט *Arab.* Striduit, ſonum edidit leniorem: *qualis eſt hominis gementis, et commiſerantis; aquarum leni murmure cadentium, &c. Hinc* אַט ſtridor, murmur lenior *aquae:* ſtridor τῆς ϛοργῆς, affectusque tenerior לְאַט ad ſtridorem; ſtridulum ſonum ciendo, lamentando; leniter incedendo, leniter, benigne tractando. אַט *idem, praepoſitione ſuppreſſa.* אִטִּים ſtridentes, leviter murmurantes; incantatores, muſſitatores, praeſtigiatores.

אטם Obturavit, firmiter clauſit *foramen, aurem.* אֲטֻמוֹת clauſae *feneſtrae.*

אָטֵן

אָטַן *cognat.* יָטַן *Arab.* Mollis fuit; molliter cubavit, consuevit, *in loco.* אֵטוּן, *formae* אֵבוּס, linum molle.

אָטַר *Arab.* Flexit, curvavit: circumdedit. *Hebr.* clausit, occlusit *os.* אִטֵּר, *formae* אִלֵּם, cohibitus, impeditus. אָטֵר Ateer: *nom. viri.*

(אִי littus, insula *cet. vide sub* אָוָה, *pro* אֱוִי.)

אָיַב, *cogn.* אָוַב, Repetivit identidem anhelitum, anhelavit; *pec.* ad devorandum *fera*, hiante ore captavit *praedam.* Inimicitia, & furore prosecutus fuit. *Unde Partic. m.* אֹיֵב anhelans, ἱματίων, furore prosequens, hostis, inimicus. *et* אֹיֶבֶת *foem.* inimica. אֵיבָה θυμὸς hostilitas, impetus, inimicitia. אִיּוֹב Ijoobh, Jobus: *nom. viri: quod etiam alibi* יוֹב Joobh, *et* יָשׁוּב Jasjuubh. *Videtur esse formae* יִלּוֹד *et* צִפּוֹר: *ut denotet pp.* redeuntem, recurrentem, ad DEUM, *absolute*, pium virum.

אָיַד, *cogn.* אָוַד, *et* אָדַד *Arab.* Gravitate sua pressit; molestus, durus, validus, robustus fuit. אֵיד grave infortunium, calamitas: robur, potentia. אֵד, *pro* אֵיד, vapor *terrae incumbens*; nebula densior graviorque.

אָיָה, *pro* אָוַי *et* אָוָה, *cogn.* אָוָה; Flexit: *in Hithpahh. Arabice* Contendit *aliquo: et* commoratus fuit, substitit. *Hinc* אַי flexus, desiderium: *in regimine* אֵי, *idem quod* אַי. *Porro* אֵי commoratio: אֵיוֹ commoratio ejus? *interrogative; id est*, ubi ille? אַיֶּכָּה ubi tu? אַיָּם ubi illi? אֵי אָחִיךָ commoratio fratris tui? *id est*, ubi frater tuus? אֵי זֶה, Ubi iste, qui? אַיֵּה quo flexu, ubi? אֵיךְ, *et* אֵיכָה,

ubi

ubi? quomodo? אֵיכָכָה ubi ſic tibi? אֵיפוֹא, אֵפוֹא, אֵפוֹ, אֵיפֹה
Ubi orae, ubi loci, ubi terrarum? *In Plurali, ab* אִי, *eſt* אַיִן:
unde מֵאַיִן e quibus oris? unde? וְאַיִן & quibus oris? (*conf. etiam*
ſub אַיִן.) *Porro* אִי, *pro* אַיֵּה, *item* flexus, commoratio. אִי נָקִי
commoratio inſontis? *id eſt*, ubi eſt inſons? אִי כָבוֹד ubi eſt majeſtas? *Et* אִי flexus littoris, littus, regio littoralis, ora maritima;
peninſula, inſula: *Plur.* אִיִּים, *et* אִיִּין inſulae, littora, orae maritimae. אִיִּי littoralis, inſulanus: *Plur.* אִיִּים inſulani *cet.* 3. אִי
Lat. Hei! *Particula dolentis, et comminantis.* אִי לָךְ hei tibi!
אִי לוֹ vae iſti! 4. אִי, *in Plur.* אִיִּים thoës, *genus animalium: a ſono, vel ululatu dictum.* אַיָּה Aeſalo; *accipitris ſpecies. Et nom. viri* Ajaa. אִיזֶבֶל Iitſebhel; אִיעֶזֶר Iignetſer; (*unde* אִיעֶזְרִי Iignetſrita:) אִיתָמָר Iithaamaar, *nomina propria.*

אול, *cogn.* אָוַל, Craſſus, robuſtus, fuit: prominuit. *Obſoletum. Derivata ſunt* אַיִל, *pro* אֱוִל, *et, media jod quieſcente,* אֵיל; *m.* 1. aries. 2. ſuperliminare, prominentior januae pars. אֱיָל *m.* robur, אֱיָלוּת *f. idem.* אֵיל *m.* 1. robur, quercus. *Porro* 2. robur, fortitudo. 3. robuſtus, fortis, potens: *Plur.* אֵילִים, *et* אֵלִים. *Porro* אֵל robur: *et* DEUS fortis, potentiſſimus; *pro* אֱוִל, *et* אֱיִל. (*Idem nomen quoque deſcendit ab* אֱלָה, *pro* אֱלַי; *ut* בֵּן, filius, *a* בָּנָה: *unde in compoſ.* אֶלְיָדָע *etc.*) אַיָּל *m.* cervus. אַיָּלָה *et* אַיֶּלֶת, *f.* cerva. אֵלָה, *ſive* אֵלָה, quercus: אֵלוֹן quercetum. אִילָן *Chald.* arbor craſſa, robur. אֵילָם *et* אֵלָם, *idem quod* אוּלָם, veſti-

vestibulum, porticus: *Plur.* אֵילַמִּים, *vel* אֵלַמִּים, *et* אֵלַמּוֹת *ab obsol.* אֵלַמָּה: *nisi* אֵילָם *cet. sint ab* אֵלָם. אֵילִם Eelijm, אֵילוֹן, אֵלוֹן, Eeloon; אַיָּלוֹן Ajjaaloon; אֵלָא, אֵלָה, Eela; אֵלַת Eelath; אֵילוֹת Eelooth, *nomina locorum vel hominum.*

אָיַם, *per quiet.* אָם, *cogn.* אָיֹם, *et* אָיַב, *Arab.* Fumum excitavit; infumavit, fumum exhalavit: *in Pihh. Chald.* terruit, formidolosus fuit. אָיֹם *m.* terribilis, formidolosus, *foem.* אֲיֻמָּה. אֵימָה *f.* terror; אֵימָתָה terror maximus. אֵם, *pro* אָיֹם, *obsol. Plur.* אֵימִים *et* אֵמִים, formidolosi; gigantes. terrores. *et nom. propr.* (אֵם mater. *vide sub* אָמַם.) אֶמְתָּנִי firma. *vide sub* מָתַן.

אָיַן, *per quiet.* אָן, *cogn.* אָנַן, *Arab.* Exhaustus, defatigatus, delassatus, fuit. אַיִן, *in regimine* אֵין, *et* אִין, exhaustio, vacuitas, defectus, absentia: *oppositum* יֵשׁ soliditas, existentia. *Unde* מַיִם אַיִן aquae exhaustio; *id est*, aqua deficit. כֶּסֶף אַיִן *et* אֵין כֶּסֶף deëst argentum, deëst pecunia. בְּאֵין in defectu: כְּאַיִן instar nihili: מֵאַיִן, *et* מֵאֵין, ex defectu. מֵאַיִן unde? *pp.* ex quo loco: *compos. ex* מ ex, *et* אַיִן *obsol.* locus. (*vid. et sub* אָנָה.) אֵינֶנִּי defectus, *vel* absentia, mei; אֵינְךָ absentia tui: *id est* non ego; non tu. וְאַיִן & defectus: וְאִין יֵשׁ חֲנִית & defectus existentiae hastae; *id est*, an vero non adest hasta *ad manum?* אָן locus *vel* tempus. מֵאָן unde; ex quo loco? עַד אָן usque quo? אָנָה *et* אָנָה quo? quorsum? ubi? אָנָה וְאָנָה huc, aut illuc. אָנָא *et* אָנָּה quaeso, *forte composita sunt ex* אָן nunc, *et* נָא, *sive* נָה, *pp.* surge; *hinc* quaeso: ut

ut אנה, *vel* אנא, *pp. significet* nunc surge, nunc quaeso!

איף *Arab.* Corruptus, detrimentum passus; fuit. *Huc male refertur vox* איפה Eepha, *mensurae nomen. Est enim* איפה, *pro* איפה, *repetendum a* יפה, *ceu nomen formae intensivae.*

איר *contr.* אר, *cognatum* אור, Aestuavit, ferbuit. איר *Chald. et Arab.* Aijaar, *nomen mensis*, Majo *respondentis.*

זָנָה, *pro* זָנַן *ſ.* זָנַי, *cogn.* זָנַן, & *Ar.* זָנָא, *pp.* Contraxit *pec.* greſſus, *atque ita* Propere inſecutus fuit, *Belg.* naloopen. *Hinc* זוֹנֶה Inſectans, *pec.* ſcorta; ſcortator. *c. c.* אַחֲרֵי, אֶל &c. *Belg.* Een hoerenjager. זוֹנָה, *in eodem Partic. f. g.* Scortum. *Belg.* Eene naloopſter. זָנָה Scortatus fuit. *Pyhh.* Inſectatio facta fuit, *pec.* poſt ſcortum. *Hiph.* Scortari fecit *alios.* Scortatus fuit *ipſe.* זְנוּת Scortatio. תַּזְנֶה Scortatrix, *brevius pro* אֲשֶׁר תִּזְנֶה, quae ſcortatur, *foemina.* תַּזְנוּת Scortatio improba. (*Refertur huc etiam* זַן Species: *ſed videtur haec vox formata ex* זַיִן, *ſ.* זָיַן, *Ar. Vide ſub* זוּן.) זְנוּנִים *vide ſub* זָנַן.

זָנַח, *cogn.* צָנַח, &c. *Ar. pp.* Sidit, ſubſidit *aqua.* Exſiccatum hoc modo fuit *ſtagnum, remanentibus tantum foetidis reliquiis.* Ranceſcens

cescens subsidit. Corruptus fuit, *figur.* animo. Rancidus fuit *alicui* i. e. diuturno & implacabili odio accensus, & aversatusque fuit *alterum*. *Hiph.* Rancidum reddidit, polluitque. Rancidum habuit: detestatus fuit. Sidendo rancorem contraxit *aqua*, *q. d.* rancescentem se praebuit. *Vide summi Schroederi Obss. Sel. ad Orig. Hebr. Cap.* V. — זָנוֹחַ Zanooah: *nom. urbis.*

זָנַן, *cogn.* זָנָה, *pro* זָנַן, *s.* זָנָי, Scortatus fuit. זְנוּנִים Scortationes. *De etymo hujus verbi vide in* זָנָה, p. 152.

זָנַק, *Ar.* & *Syr.* Jecit, projecit. *Pihh.* Alacri saltu prosiliit, *q. d.* projecit se. זִק Sagitta, (*pro* זֶנֶק, *ut* חִט Triticum, *pro* חִנְט) *Pl.* זִקִּים. *Aliud* זִק Saccus, catena, *vide sub* זָקַק.

זָעָה, *pro* זָעַשׁ *s.* זָעַע, *cogn.* זוּעַ, Movit, commovit. זְוָעָה, *i. q.* זַעֲוָה, Commotio, terror. זַעֲוָן Zaavaan: *nom. viri.* (זֵעָה Sudor: *vide sub* יָזַע.)

זָעַט, *Ar.* Strangulavit (זַעֲטוּטֵי *Pl.* Magnates. *Vox quam Talmudici fingunt a Gr. LXX lectam fuisse* Exod. 24: 5. 11. *Ex conjectura C. B. Michaëlis desumtum a Gr.* ζητητὴς quaestor criminum.)

זָעַךְ, *forte cogn. Ar.* זָעַג & זָעַק, Fragorem edidit: tonuit, intonuit. *Niph.* Cum fragore increpitus, *quasi* attonatus fuit, Job. 17: 1. *Vide Schult. Comm.* p. 416. *nisi malis simpliciter, cum Cl. Cromajero:* Abbreviatus fuit, coll. *Ar.* זַעְבּוּק & אִזְעֲבִי Brevis. *Vid. Ill. Mich. Suppl.* p. 638.

זָעַם, *Ar. per* ظ, Spumavit: spumam per maxillas egit *jumentum*. De-

ſpumavit: *Belg.* Schuimbekken. *Hinc* Vehementius iratus indignatusque fuit. *In Spec. Pohel* Execratus fuit, *q. d.* deſpumavit, deſaeviit, contra alterum. Fatidico *aut* protervo ore diras conviciaque evomuit. זַעַם Spumatio: ſpuma. Deſpumatio. *Fig.* Saevitia, indignatio ſumma: ferocia inſolens & *quaſi* rabida. זָעוּם Conſpumatus, *vel* conſpumandus. *Met.* Cum exſecratione abactus. *Conf. Schult. Comm. in Prov.* 24:24. p. 316. & 276. 277.

זָעַף, *Ar. per* ز & ذ, Aeſtu turgido inflatus fuit, diſſiliitque *fluctus. Met.* Aeſtu venenato crepuit *animus:* erupit in convitia. זַעַף Aeſtus inflatus *maris*, *naſi* &c. Indignatio, iraque major. זָעֵף Turgens ira: indignabundus.

זָעַק, *alias* צָעַק, *Ar. per* ز & ذ, Fragorem edidit, cum fragore erupit, prorupit: *Gr.* σκώπτειν. Vociferatus fuit vehementius. Clamavit: exclamavit. Inclamavit, vocavit. *Niph.* Conclamatus fuit, undique vocatus fuit *pec.* ad opem ferendam. Cum clamore ſe invicem adhortati fuerunt ad ſuppetias. *Hiph.* Conclamavit: praeconio publico convocavit. Opem cum clamore petiit. זַעַק Clamor oppreſſi. זְעָקָה *It.* Vociferatio: clamor anxius, *ut* in dolore ſummo.

זָעַר, *alibi* צָעַר, *Ar.* Terruit. Terrorem concepit, metuit. Diffugit. Pauca & rara fuit *concio* &c. זְעֵר Imminutum: parum. Paulisper. זְעֵר *i. q.* צָעִיר, Parvus, imminutus. זְעֵירָה Parvum. מִזְעָר Raritas, paucitas. Parvum, minutum.

זָפַר,

זָפַר, *Ar.* Fragravit: odorem acriorem reddidit. זִפְרֹן Ziphroon: *nom. loci, f. urbis.*

זָפַת, *Ar.* Trusit: impulit. Replevit, opplevit *pice.* זֶפֶת *Ar.* زفت, Pix. *Alii male videntur referre ad Th.* זוּף

זָקַן, *Ar.* Sustulit, portavit: gessit. *Hinc* זָקֵן Senex: *forte a gerendo ut γέρων a γέρω. Vide Lennep. Etymol.* p. 212. 217. זְקֵנָה Anus, *Gr.* γεραιά. *Hinc denuo* זָקֵן Senex factus est, consenuit: *nisi* זָקֵן *pp. sit* Gravatus fuit *pec.* annis, *s.* aetate, *q. d.* Portare factus fuit. *Hiph. it.* Senuit, consenuit. זֹקֶן Senium: senectus. זָקָן Barba: *forte a* ferendo, *ut Belgae dicunt* Een baard dragen. זִקְנָה Senectus. זְקֻנִים Seniles anni, *quasi* graves, *ac* cum molestia portari *soliti: aut potius* anni hominis *aetate gravis.*

זָקַף, Erexit, inclinatum ac depressum sustulit. זְקִיף *Ch.* Erectus; suspensus.

זָקַק, *cogn.* זִיק, אָזַק *&c. pp.* Ligavit adstrinxitque arctius. *Hinc Ar.* زق, *cogn.* שַׂק, Saccus. *Porro* זָקַק Per saccum transmisit: saccavit. Eliquavit, liquatum transfudit: purgavit *metallum, vinum.* Fudit *pluviam &c. Pihh.* Studiose saccavit: percolavit. *Pyhh.* Percolatus, liquando purgatus fuit. זִקִּים Catenae, compedes adstricti. אָזִק (*pro* אֲזַקְק) Valde adstrictus: *Pl.* אֲזִקִּים Catenae firmiores, graviores. *Vide Schult. ad Exc. Ham.* p. 323. *& Epist. I. ad Menck.* p. 43. *ss.*

זָרַב, *cogn.* צָרַב, *Ar. per* ض, Compunxit, ictu percussit. *Poh.* Ictus, com-

compunctus fuit: *pec.* aestu solis; contabuit, liquida reddita fuit *aqua, modo congelata. Nisi sit i. q. Syr.* זרב Coarctavit. *Pass.* coarctata fuit *aqua nivalis,* decrevit, ripisque notis capta fuit. *Ill. Mich. Suppl.* p. 643.

זָרָא, *cogn.* זָרָה, *i. q.* דְּרָא, *pp.* Sparsit, repulit, aversatus fuit: tanquam foetidum aliquid fastidivit. זָרָא Fastidium. *Al. leg.* זָרָה *ut pertineat ad* זוּר.

זָרַד, *Ar.* Strangulavit, compressit *gulam &c.* זֶרֶד Zeredh: *nom. vallis.*

זָרָה, *cogn.* זָרַע, *&c.* Sparsit, spargendo dissipavit, ventilavit. *Niph.* Dispersus, dissipatus fuit. *Pihh.* Dispersit majori cum studio. *Pyhh.* Ventilatus, sparsus fuit. (*Hiph.* Accinxit, *in* תְּזָרֵנִי 2 Sam. 22: 40. *Male. Est enim leg.* תְּאַזְּרֵנִי *ut* Ps. 18:40. *Porro* זֵר Limbus, *pro* זֵר, *pertinet ad* זוּר.) זֹרֶה *Part.* Spargens. זוֹרֶה Dissipatum: diffractum, Jes. 59: 5. *formae perfectae* עָקֹב, *per Segol finale, quia est a verbo quiesc. Nisi sit a* זוּר *cum* ה *Heëmantico, in fine.* זֹרֶה Ventilatum: *verbale ex Pyhhal.* זֶרֶת Spithama, *q. Sparsio, expansio digitorum, pro* זְרוּת. מִזְרֶה Ventilabrum. מְזָרֶה, *pro* מְזָרֵת, Spargens: sparsor.

(זַרְזִיף Rigatio copiosa, *formae* פַּקְפֵּד *vide sub* זָרַף.)

(זַרְזִיר Accinctus, *formae* זַרְזִף, *pertinet ad* זוּר.)

זָרַח, *cogn.* זָרָא, זָרַע *&c. Ar.* Sparsit, dispersit *pec. sol, vel lux,* radios. Exortus fuit. *Intr.* Sparsa fuit, *s.* dispersit se, emicuitque

lepra per frontem. זֶרַח Ortus, *f.* disperſio lucis. *Et.* Zerah: *nom. infantis, qui primum apparuerat.* זַרְחִי Zerahita. אֶזְרָח Indigena: *pp.* arbor nata in proprio ſolo, *ibique q. ſpargens radices ſuas.* אֶזְרָחִי Ezrahita. מִזְרָח Oriens, locus ortus. זְרַחְיָה Zerahjah: *nom. viri.*

זָרַם, *Ar.* Jaculatus, ejaculatus fuit, *pec.* liquorem, *ita ut pars intus reſtaret, & quaſi* abrumperetur. *Hinc* זֶרֶם Ejaculatio *liquoris, aquae:* fluxus ſubitaneus & repentinus, *at dein abruptus.* Inundatio. *Porro* זֶרֶם Tali fluxu petiit: perfudit celeriter, inundavitque. *Poh.* Ejaculata fuit pluviam *nubes.* זֶרֶם Torrens, *f.* inundatio vehemens: diluvium. זִרְמָה Ejaculatio, *pec.* ſeminis, copioſior.

זָרַע, *cogn.* זָרַח, *&c.* Sparſit, ſpargendo diffudit *ſemen.* Diſperſit, ſeminavit: conſevit. *Et* Diſperſit *lucem.* *Niph.* Conſitus, ſemine conſperſus fuit. *Pyhh.* Satus, ſeminatus fuit. *Hiph.* Seminavit, diſſeminavit. Semen tulit. זֶרַע & זֵרַע, Satio, ſemen. Sementis. *Met.* Soboles, poſteri. זְרוֹעַ *c. g.* & אֶזְרוֹעַ *f.* Brachium, *quaſi ſparſor ſeminis. Met.* robur, vires, potentia, auxilium. *Pl.* זְרֹעִים & זְרֹעוֹת. זֵרוּעַ, *pro* זְרוּעַ, Satio, ſativum. זֵרֹעַ, *pro* זֵרוֹעַ, *Pl.* זֵרֹעִים, Legumina: *ut ſunt* fabae, piſa *&c.* Dan. 1: 12. *at in Codd. Mſſ. quibusdam* זֵרְעֹנִים, *ut vs.* 16. *a Sing.* זֵרְעוֹן. מִזְרָע Ager ſativus.

זָרַף, *Ar.* Exſiliit, emicuit, *aqua ſcaturiens.* Effluxerunt *lacrymae.*

זַרְזִיף, *formae* פַּקְפִּיד, *cum prima litera radicali reduplicata (ut in* דַּרְדַּע *factum est a* דָּרַע) Sparsio copiosa. *Conf.* זַרְזִיר *sub* זָרַר.

זָרַק, *cogn.* זָרַע, Sparsit: conspersit. Dispersit se *canities. Pyhh.* Sparsus fuit. מִזְרָק Vas quo conspergitur: crater, cyathus. *Pl.* מִזְרָקִים, *&* מִזְרָקוֹת, *a Sing. Obs.* מִזְרָקָה.

זָרַר, *cogn.* אָזַר, זָזַר *&c. Ar.* Adstrinxit *tunicam fibula.* Arcte compressit oculos. *Utrum hinc in Pohel* זוֹרֵר, *an vero* זוֹרֵר *est* Sternutavit, *collato Ar.* نر *pp.* Sparsit? זַרְזִיר Infibulatus, firmissime adstrictus. *Conf.* זַרְזִיף *sub* זָרַף, *& Schult. ad loc. Prov.* 30: 31. p. 490.

זָרַשׁ, *verbum obsol.* (זֶרֶשׁ Zeresch: *nomen mulieris. Persicum.*)

(זֶרֶת, Spithama, *pro* זֶרֶוֶת, *ut* קֶשֶׁת, *pro* קֶשֶׁוֶת, *vide sub* זָרָה, *pro* זָרַו.)

זָתָא *Obsol. Fortasse cogn. Ar.* زتت Ornavit *sponsam.* זַתּוּא, *formae* פַּלּוּא, Zattou: *nom. viri.*

זָתַם *Obsol.* (זֵתָם Zeethaam: *nom. viri. Fortasse pertinet ad* זַיִת, *ut sit fere i. q. alterum* זֵיתָן, *de quo* p. 149.)

זָתַר *Obsol.* (זֵתַר Zeethar: *nom. viri. Persicum.*)

ח.

חָבָא, *cogn.* חָבָה, *&c. Ar.* Operuit, occultavit. *Niph.* Abſcondidit ſeſe: latuit. *Pyhh.* Abſconditus, occultatus fuit. *Hiph.* Abscondidit *alterum. Hithp.* Abscondidit ſeſe: occultatus fuit. מַחֲבֵא Locus absconſionis: latibulum. מַחֲבֹא *Pl.* מַחֲבֹאִים Latebrae.

חָבַב, *cogn.* חָוַב, חָבָא, *&c.* Arcte complexus fuit, *pec.* gremio. Fovit, confovit. Amavit. חֹב Sinus, gremium. חֹבָב Chobhaabh: *nom. viri.*

חָבָה, *pro* חָבוּ *ſ.* חָבִי, *cogn.* חָבָא, *&c.* Operuit: occultavit. *Intr.* Occultavit ſe: latitavit. חֶבְיוֹן Occultatio, abſconſio. חֲבָיָה *ſ.* חֳבַיָּה Chabhaja: *nom. viri.* (מַחֲבַת Sartago, *vide ſub* חָבַת.)

חָבַט, Excuſſit, decuſſit, *pec.* baculo *poma*, *olivas*, *frumentum &c. Gr.* ῥαβδίζειν. *Niph.* Excuſſus fuit. *Conf. Ill. Mich. Suppl.* p. 656.

חָבַל, Torſit, torquendo conſtrinxit: adſtrinxit, obſtrinxit. *Hinc notio* pignoris, *quo quis ad ſolvendum obſtringatur: porro* חָבַל Pigneravit; pigneratus fuit, pignoris loco accepit, *& intr.* Obſtrictus fuit ad poenam. *Niph.* Oppigneratus fuit *alicui*, *vel* ſemet oppigneravit *ad maledictionem &c. Schult. Comm. ad Prov.* 13: 13.

p.

p. 127. *Pihh.* Diſtorſit, torquendo perdidit. *Et. i. q. Ar.* حبل, Concepit infantem *mulier*, *q.* Inſtrinxit faſciculum ſibi. *Conf. Schult. Animadv. ad* Pſ. 7: 15. Reti cepit, implicuit. *It.* Oppigneravit ſe. *Pyhh.* Diſtortus, corruptus fuit: & torquendo avulſum, rejectumque fuit *jugum, a vultu oleoſo, uti exponi poteſt* Jeſ. 10: 27. *ubi Ill. Mich. Suppl.* p. 659. *legi jubet* חֻבַּל עֹל. *Ithpahh.* Diſtortus, perditus ſuit. Devolutum & *quaſi* detortum ad alios fuit *regnum.* חֶבֶל Funis tortus: *pec.* funis menſorius. *Met.* portio agri, *funibus dimenſi.* Laqueus. Pigneratio, *pp.* adſtrictio *validior.* Cohors, *ſ.* chorus *prophetarum*, *quaſi* tractus, *Belg.* een ſleep. חֵבֶל Tormen, tormentum, *pec.* dolor parturientis. *Met.* Foetus partu editus. *Pl.* חֲבָלִים Funes, dolores: tendiculae. חֲבֹל & חֲבֹלָה Pignus, *q.* tortus nexus, *ſ. adſtrictio debitoris.* חֲבָל Diſtorſio, corruptio. חֹבֵל Nauclerus. *Pl.* חֹבְלִים Nectentes, vincientes. חֲבוּלָה Diſtorti aliquid, pravum facinus. חִבֵּל Malus nauticus, *funibus tenſus.* תַּחְבֻּלוֹת Conſilia bene excogitata, *ſive* concepta mente. „ Moderamenta, artes moderandi", *Schult. Comm. ad Prov.* p. 3. 4. *Et.* Fraudes.

חָבַץ, *Ar.* Movit, commovit &c. חֲבַצֶּלֶת *vulgo* Lilium. *Celſio* Narciſſus: *Ill. Mich. Suppl.* p. 659. Colchicum. חֲבַצִּנְיָה Chabhatſſinjah: *nom. viri.*

חָבַק, *cogn. Ar.* حبك, *per* ד, Plexuit: complicuit. Amplexus, complexus fuit. *Pihh.* Amplexatus fuit. חִבֻּק, *ſ.* חִבּוּק, Complicatio

catio *manuum.* חֲבַקּוּק Chabakkuk; *nom. viri. Forte contr. ex* חֲבַקְבּוּק, *formae* אֲסַפְסֻף.

חָבַר Nexuit: connexuit. Una ferie junxit. Adjunxit. *Et.* Struxit, *pec.* carmen. Incantavit. *Intr.* Nexus, conjunctus fuit. Striis continuis notatus, ftriatus fuit, *Pihh.* Arcte conjunxit, confociavit: focietatem inivit. *Pyhh.* Arcte conjunctus, confociatus fuit. *Hiph.* Conjunxit, conftruxit *verba.* *Hithp.* Confociavit fe: focietatem inivit. חוֹבֶרֶת Connectens. Nexus: Junctura. חָבֵר Conjunctus *alteri:* Socius. חֲבַר *Ch. idem.* חֲבֶרֶת Socia: uxor. חַבְרָה *Ch. idem.* חֶבֶר Coagmentatio: confociatio: focietas. Incantatio. חֶבְרָה Societas, fodalitium. חַבּוּרָה & חֲבֻרָה Vibex: macula livens. חַבָּר Confociator: *Pl.* Sodales: mercatores. חֲבַרְבֻּרוֹת Striae maculofae: maculae *pardali.* מַחְבֶּרֶת Locus juncturae: commiffura. מְחַבְּרוֹת Confibulae: retinacula. Commiffurae. הִתְחַבְּרוּת Confociatio mutua. חָבוֹר Chabhoor: *nom. fluvii: de quo Ill. Mich. Suppl.* p. 663—667. חֶבֶר Chebher, & חֵבֶר Cheebher: *nom. viri.* חֶבְרִי Chebherita. חֶבְרוֹן Chebhroon: *nom. loci & viri.* חֶבְרוֹנִי Chebhronita.

חָבַשׁ Ligavit. Alligavit: obligavit. Curavit *vulnus.* Stravit, inftravit *jumentum, ut fit* alligato *freno, clitellis &c.* Coërcuit, continuit. *Pihh.* Obligavit validius: coërcuit. *Pyhh.* Obligatum fuit *vulnus.*

חָבַת, *Ar.* Planus, humilis, complanatus fuit. חֲבִתִּים, *pro* חֲבֵתִים, *a Sing.*

Obs. חֲבִת, pro חֲבִתֹת, Placentae. *Al.* Sartagines. מַחֲבַת Platella plana: sartago.

חָגָא, *cogn.* חָגָה, חָגַג *&c.* *Ar.* Confugit: asylum petiit. חָגָּא, *sive* חָגָא, Refugium: asylum. *Conf. Mich. Suppl.* p. 667. & *Schult. Animadv.* p. 331. 496.

חָגַב, *Ar.* Sepsit: velum obtendit, obtexit: prohibuit a conspectu. חָגָב Locusta. חָגָב Chaagaabh: *nom. viri.* חֲגָבָא, *vel* חֲגָבָה Chagaabha: *nom. viri.*

חָגַג, *cogn.* חוּג, חָגָא, *&c.* *Ar.* Flexit, inflexit se; *pec.* in gyrum. Celeriter intorsit se. In gyrum motus, circumactus fuit: cespitavit. *Et.* Saltavit, *vel* tripudiavit, festum celebravit. *Et.* Metu & consternatione huc illuc circumactus fuit. חַג & חָג Tripudium: laeta saltatio. Festum. Sacrificium festivum. חָגָּה Trepidatio: commotio, terror. Titubatio. *Alii Codd.* חָגָא. *Conf. sub* חָגָא, & *Ill. Mich. Suppl.* p. 671. חַגַּי Chaggai: חַגִּי Chaggij: חַגִּיָּה Chaggijah: *nomina propria virorum.* חַגִּית Chaggijth: *nom. mulieris.*

חָגָה, *pro* חָגַו, *s.* חָגַי, *cogn.* חָגָא, חָגַג, *&c.* *Ar.* Flexit, inflexit *pec.* in gyrum. חֲגָוִים *ab Obs.* חָגֶו, Gyrationes *petrarum*, flexus obliqui & sinuosi.

חָגַל, *Ar.* Subsultim incessit, cornicis more. *Et*, *per* ح, Hilaris, protervus fuit. חָגְלָה Perdix. Chogla: *nom. mulieris.* בֵּית חָגְלָה Beeth Chogla: *nom. urbis.*

חָגַר, *Ar.* Adstrinxit. Accinxit *saccum*, *baltheum* &c. Expedivit se *ad opus.* חָגוּר & חֲגוֹר Accinctus. חֲגֹר & חֲגוֹרָה Cinctus. מַחֲגֹרֶת Cinctura: amictus.

(חַד, Unus. *Chald. pro* אֶחָד, *per aphaeresin literae* א, *ut Ar.* حد *pro* احد. *Conf. in* אֶחָד.)

חָדָא, *Ar.* Movit: admovit, adplicuit. *Intr.* Confugit: *ad aliquem. Hinc, ex conjectura Ill. Mich.* (*Or. Bibl.* T. XIV, b. *p.* 75. 76. & *Suppl. Lex.* p. 672.) *Fut.* יֶחֱדָּא Confugiet, Jes. 27: 4. 5. *ubi, pro literis* יַחַד אוֹ יַחֲזִק *legi mallet* יֶחֱדָּא וְיַחֲזֵק Confugiet, & amplectetur.

חָדַד, *Ar.* Acuit. *Intr.* Acutus fuit. Acris, acerbus, celer fuit. Acie sua fidit. *Hiph.* Exacuit. *Hoph.* Exacutus fuit. חַד Acutus, *f.* חַדָּה. חַדּוּד *Pl.* חַדּוּדִים Acuminata. חֲדַד Chadad: *nom. viri.* חֲדִיד *Ar.* Ferrum. Chadijd: *nom. urbis.* אֵסַר־חַדּוֹן Eesar-chaddoon: *nom. viri.*

חָדָה, *pro* חָדַו, *f.* חֲדִי, *cogn.* חָדָא, &c. *Ar.* Excitavit, *pp.* exacuit, *vel* effricuit. Propulit. *Intr.* Propulsus, admotus fuit. Adhaesit, *q. d.* admotus fuit *rei*, *vel numero.* Agilis, laetus fuit. *Pihh.* Excitavit. Agilem reddidit: exhilaravit. חֶדְוָה & חֶדְיָה, Laetitia, gaudium. חֲדִי *Ch.* Pectus: *id. quod Hebr.* חָזֶה. *Pl.* חַדוֹהִי Pectora ejus.

חָדַל & חָדֵל, *Ar.* Inclinavit: declinavit. De vigore suo remisit. Flaccida evasit *planta.* Debilitatus factus fuit. Remissus fuit, prae

defectu virium cessavit: desiit. *Et.* Torosus factus fuit. *Hoph.* Remittere, desistere coactus fuit. חֶדֶל Debilitas, inanitas, mortalitas. יֹשְׁבֵי חָדֶל Habitatores inanitatis, *oppos.* יֹשְׁבֵי חָלֶד *Plura dixi ad Cant. Hiskiae*, p. 54—58. *Conf. Ill. Mich. Suppl.* p. 674. & 757. *ss.* חַדְלַי Chadlaj: *nom. viri.*

חָדַק, *Ar.* Pupugit, pungendo laceravit *spina.* חֵדֶק Spina, & Sepes spinosa. *Celsio* Melongena spinosa. חִדֶּקֶל Chiddekel: Tigris: *nomen fluvii. Samaritanus Codex habet* חדקל. *Ar.* الدجلة, *quomodo pertineret ad Th.* דָּקַל.

חָדַר, *Ar.* Laxavit, laxatum demisit *velum*, *vel* aulaeum, *quod in Oriente foribus oppandi solet. Unde* חֶדֶר, חֲדָרָה, חֲדַר & חֲדַר, Aulaeum, cortina. *Meton.* Conclave interius: cubiculum; recessus intimus. *Et.* חָדַר, חָדַר Pendulus fuit: impendit, imminuit *alicui ensis.* חַדְרָךְ Chadraach: *nom. urbis & regionis*, *Damasco vicinae. Ill. Mich. Suppl.* p. 676—679.

חָדַשׁ, Trivit, terendo polivit, expolivit. חָדָשׁ Politus, nitidus. Novus, *cui Oppos.* יָשָׁן vetus, *pp.* obfuscatus, situ squalidus. (*Chaldaeis* חֲדַת, *ut Arab.* حدث) *In foem.* חֲדָשָׁה Polita: *eximie* talis cuspis, *ensisve* fulgidus &c. *Pihh.* חִדֵּשׁ Nitidum fecit: renovavit, instauravit *urbem. Hiph.* Restauravit. *Unde* Zeph. 3: 17. *leg.* יַחְדִּישׁ *ex emend. Ill. Mich. Suppl.* p. 680. חֹדֶשׁ Novilunium, *pp.* nitor, *s.* novitas, *Belg.* Nieuw licht. *Meton.* Mensis, *qui plene dicitur* חֹדֶשׁ יָמִים. *Et.* Chodesch: *nom. mulieris.* חֹדֶשׁ

Chode-

Chodeſchita, *vel Coll.* Chodeſchitae. חֲדָשָׁה Chadaaſja: *nom. urbis.*

חֲוָא, *Ch. i. q.* חָוָה, Convolvit: comprehendit ſimul. *Pahh.* Comprehenſum tradidit, edocuit. Indicavit.

חוּב & חָב, *per contr.* חָב, *pp.* Adſtrinxit, obligavit ſe debito. *Hinc Ar.* Debitum: reatus, *quaſi* obligatio ad poenam. חוֹבָה Chobha: *nom. Urbis. Conf.* חָב.

חוּג, *per contr.* חָג, *cogn.* חָגַג, Gyravit: in orbem ivit, vertigine correptus fuit. Circinavit: rotundum fecit. חוּג Circinando deſcriptus, orbis: circulus, ambitus. מְחוּגָה Circinus.

חוּד & חִיד, *per contr.* חָד, *Ar.* Flexit, inflexit. Per ambages duxit & propoſuit *aenigma.*

חָוָה, *pro* חָוַו, *ſ.* חָוַי, *cogn.* חָיָה, *Ar.* Convolvit, collegit: coagmentavit. *Intr.* Coagmentatus, firmus fuit. Bene valuit, vixit. *Pihh.* Complexus fuit *rem totam &, quaſi ſyſtemate, comprehendit.* Docuit, edocuit, *pec.* apte, *q. d.* pleniſſime comprehenſum tradidit. חַוָּה Villa, *a collectione. Pl.* חַוּוֹת. *Et* Chavva: *nom. matris primae omnium, quae vulgo* Eva *dicitur.* אַחֲוָה Demonſtratio *pec.* clara & perſpicua: *quaſi* collectio argumentorum. אַחֲוָיָה *Ch.* Collectio: perſpicua declaratio. חִוִּי Chivvaeus.

חוּז, *Ar.* Collegit, contraxit. מָחוֹז Ora, litus: portus, *quaſi* locus collectionis.

חוּת, *pro* חָוְתָ, *ut* לֵיל *pro* לֵילִי, *&c. verbum ductum a* חָוָה, *quod*

 alias

alias חוה, Convolvit. חוח Spinetum denſum & *quaſi* convolutum: *pec.* Prunus ſilveſtris. *Pl.* חוחים, &, *per quietem*, חוחים. *Porro* חח, *pro* חוח, Spina aculeata. Hamus, uncus piſcatorius. Uncinus ferreus. Fibula. *Pl.* חחים, & חחיים (*leg.* חחים, *ſ.* חחיים) Ezech. 29: 4. *quaſi a ſing.* חחי. *Vide ſub* חוה.

חוט, *per contr.* חט, *cogn.* חטט, *Ar.* Torſit in gyrum, *pec.* filamentum. Suit, conſuit. *Et.* Circuivit, circumdedit undique. *Aphel Ch.* Conſuit: reſarcivit *muros.* חוט Filum, *quo conſuitur:* funiculus, *pp.* contortus.

חול, *i. q.* חלל, *per contr.* חל, Vertit, invertit, verſavit, in orbem, gyrumve. *Hinc* 1. Parturivit, *quatenus parturiens, prae acutiſſimis doloribus, ſe in omnes partes verſat, unde &* חלחלות Tormina vehementiſſima. 2. Praeſtolatus, commoratusve fuit, anxio cum deſiderio, pavore & metu, *omnes in partes, ſe verſans, & impatienter timideque exſpectans.* 3. Curavit res ſuas, *undique eas* ambiendo & cuſtodiendo: *ut Gr.* ἀμφιβαίνω. 4. Saltavit, tripudiavit, *in orbem ductis choreis.* 5. Verſavit ſe *turbo, procella*, irruitque cum vehementia. *Et.* Verſavit ſe, circuivitque *gladius per urbes. &c. Vide Schult. ad Exc. Ham.* p. 361. 366. *Comm. ad Prov.* p. 256. 341. *J. W. Schroed. ad Pſ.* X, p. 97. *&c. Pihh. ſ. Pihl.* Doloribus partus ſe verſavit. Partu excluſit, commovit vehementius, tripudiavit *&c. Pyhl.* Partu

 dolo-

dolorifico editus fuit. *Hiph.* Verſavit ſe in omnes partes, commotus fuit; anxius exſpectavit. *Hoph.* Partu excluſus fuit. *Hithp.* Identidem ſe verſavit, excruciatus fuit. חול Arena, *a motu verſatili.* חולה (*formae* קִמְּה) Partus doloribus ſe verſans. (*Alii referunt ad* חָלָה.) מָחוֹל & מְחוֹלָה, Tripudium, chorea. חול Choul: *nom. viri.* חֲוִילָה Chavijla: *nom. viri & regionis. Conf. Ill. Mich. Suppl.* p. 685—690.

חָמַם, *per contr.* חָם, *cogn.* חם *pro* חָמַם, *&c. Syr.* Incaluit, aeſtuavit. *Ar.* Obivit, circumdatus fuit *rem.* חום Fuſcus, niger. חוֹמָה Murus *Plur.* חוֹמוֹת. *Idem* חוֹמוֹת Murus major, ac firmiſſimus. *Dual.* חוֹמֹתַיִם. *Poteſt etiam referri ad Th.* חָמָה.

חוּס, *per contr.* חָס, *i. q.* חָרַץ, *Ar.* Arctavit, arcte junxit: arctando compreſſit oculos. Viſum diſſimulavit. *Intr.* Connivit *oculus c.* עַל *p.* Pepercit. Indoluit *alicui.*

חָפַף, *per contr.* חָף, *cogn.* חָפַף, *Syr.* Fricuit, detrivit. חוף Litus, *quod fluctibus fricatur, & deteritur: ut Lat.* LITUS, *a* ... *Ar.* ... Margo, ora, ripa. חוּפָם Chouphaam: *nom. viri.* חוּפָמִי Chouphamijta.

חָצַץ, *per contr.* חָץ, *cogn.* חָצַם, Arctius ſtrinxit; cinxit undique; ambivit. חוץ Circuitus, ambitus, pars exterior pagi, urbisve in orbem ſtructae. Regio deſerta. Via gregis publica. Paſcuum Nomadum *Pl.* חוצות *ab obſol.* חוּצָה. *Conf. Ill. Mich. Suppl.* p. 690. *Hinc* בחוץ Foris, מחוץ Extra, לחוץ Foras, *&c.*

חָזַק,

חָוַק, *per contr.* חָק, *cogn.* חָוִק, & חָקַק *pp.* Cavando ſinuavit, capaciore ſinu cavavit, *Schult. C. ad Prov.* 8: 29. p. 78. *Ar.* Cinxit, circumdedit. *Hinc forte* חוק, Pſ. 74: 11. *i. q.* חֵיק Sinus.

חָוַר, *per contr.* חָר, *Ar.* Albedine intenſiori fuit. Candidus fuit. Expalluit, *pec.* pudore, *vel* conſcientia mali facti. חִוָּר *Ch.* Candidus. חור Candidum *pec.* linum, generis nobilioris. Foramen *luci pervium.* חור Lini praeſtantioris genus, *Coll.* חוּרַי. Foramen, antrum *ſerpentis.* Fovea. Spelunca ſubterranea. חֹרִי Chorita. Troglodytes. Panificium candidum, *Ar.* حواري. *Al.* Foraminoſum opus. חור Chour: חוּרִי Chourij: חוֹרִי Chorij: חוּרָם Chouraam: *nomina propria.* חַוְרָן Auranitis: *regio ad auſtrum Damaſci.*

חָוַשׁ, *per contr.* חָשׁ, *cogn.* חָשַׁשׁ, *&c.* *Ar.* Cievit, concitavit. *Indagine cinxit.* *Intr.* Concitatus fuit; citato curſu advolavit *pec.* prae timore, pudore *&c.* Feſtinavit. *Hiph.* Acceleravit. חוּשׁ Concitata oratio: copia magna verborum. חֻשִׁים Concitati: celeres: feſtini Num. 32: 17. *niſi hic leg. ſit* חֲמֻשִׁים. חוּשָׁה Chouſja: חוּשַׁי Chouſjai: חוּשִׁים Chouſjijm: חוּשָׁם Chouſjaam: *nom. virorum.* חוּשָׁתִי Chouſjataeus.

חָוַת, *per contr.* חָת, *Ar.* Alis libravit ſe *avis*, circumvolitavit. *Hiph.* Volando imminuit *alteri.* *Conf.* & *in* חָתַת.

חָוָה, *pro* חָוַו *ſ.* חָוַי, *cogn.* חָזָה, *&c.* *pp.* Secuit, ſecando incidit; *pec.* *acie oculorum*, & *hinc* (*eadem facta tranſlatione*, *quae in* Gr.

Gr. ἴδω, & *Aeol.* ϝίδω, VIDO, VIDEO.) Vidit, dispexit, notavit distinctius. Adspexit cum studio ac voluptate. חֹזֶה Videns, *pec.* distinctius: propheta. *Et. forte i. q. Ar.* حذا *pp.* Res *alteri* opposita, pactum, foedusve, *quod pacti oppositi vim possit frangere, Gall.* Contre-poids. חָזֶה Pectus. *Pl.* חָזוֹת, *ab obs.* חָזָה. חֱזוּ *Ch.* Visio, *pec.* distincta. חָזוּת Acumen, cornu: *pec.* visus. Visio distincta & *i. q.* חֹזֶה Pactum pacto oppositum. חֲזוּת Visio: prospectus. חָזוֹן, *pro* חִזָּיוֹן, Visio prophetica, distinctissima. חִזָּיוֹן & חֶזְיוֹן *id. Pl.* חֶזְיֹנוֹת. מַחֲזֶה Visio. מֶחֱזָה Fissio *parietis;* Fenestra, per quam prospicitur, *origine idem ac* חַלּוֹן. חֲזָהאֵל Chazaël: *nom. viri, brevius scriptum* חֲזָאֵל. חֲזוֹ Chazoo: חוֹזָי Chozaj: חֲזִיאֵל Chazijeel: חֲזָיָה Chazaaja: חֶזְיוֹן Chezjoon: *nomina virorum.*

חזז, *cogn.* חָזָה, *Ar.* Secuit, incidit, *pec.* crenatim. חָזִיז Fulgetrum, fulmen. *Ill. Mich. Suppl. p.* 705. *pp.* Telum, *pec.* fulminis, *coll. Ar.* حز Transfodit, confixit.

חזן, *Ar.* Recondidit, *pec.* in horreo, مخزن, Magazin, *dicto. An hinc* מַחֲזָנָה Horreum, 2 Chron. 22: 1? *Vide Ill. Mich. Suppl.* p. 707. 708.

חזק, *Ar.* Strinxit: arctius constrinxit *vinculo, cingulove.* Adstrinxit: accinxit. Roboravit, firmavit, confirmavit, *remissum & imbecillum. Intr.* Obstrinxit se. Roboratus, firmatus fuit. Fortis, validusque fuit: praevaluit. Apprehendit *asylum s. c.* בְּ, *q. d.* ad-

 strinxit

ſtrinxit ſe, applicuitve firmius *illi. Pihh.* Obfirmavit: confirmavit. Inſtauravit. Roboravit: obduravit. Adjuvit. *Hiph.* Adſtrinxit ſe *rei.* Adſtrinxit, applicuit, circumplicuit *manum: pec.* de complexu conjugali. Comprehenſum retinuit. Praevaluit. Animum addidit. *Hithp.* Obfirmavit ſe. Strenuum validumque ſe praeſtitit. חָזֵק Invaleſcens: augeſcens. חָזָק Conſtrictus: robuſtus, vehemens, durus. חֵזֶק & חֹזֶק Robur. חָזְקָה Apprehenſio valida, *manus:* confirmatio potentiſſima. Status proſperrimus. חֶזְקָה Robur, vehementia. Vis, violentia. חָזְקִי Chozkij: חִזְקִיָּהוּ & חִזְקִיָּה Chizkijahu, & Chizkija: Hiskia. *nom. viri.*

חָזַר, *Ar. pp.* Volvit. Convolvit: retractavit: rediit. Arctavit, coarctavit *palpebras oculi. Intr.* Anguſtis oculis fuit. חֲזִיר Porcus. חֵזִיר Cheezijr: *nom. viri.*

חָחָה, *pro* חִוְחָה, *forma geminata verbi* חָח Convolvit. *Vide ſub* חוּח. *An hinc* חחים, *in contextu Maſor.* Ezech. 29: 4? *A notione hac convolvendi notarunt* חָח, חַח, חוֹחַ, & חָחִי, *pp.* Convolutum, rotundum; *pec.* circulum, annulumve, *in primis* ferreum, naribus ferae inditum. *Et* Inaurem. *Vide Ill. Mich. Suppl.* p. 710—717.

חָטָא, *pp.* Lubrico motu excidit: lapſus fuit; *Belg.* Glippen, uitglippen, ontglippen. Scopo excidit: ſcopum non feriit. Votis fruſtratus fuit. Aberravit: ceſpitavit. Peccavit *pec.* per ignorantiam. *Et.* Lapſus fuit in exitium, periitque miſere. *Pihh.* Sacrificium pro

pec-

peccato fecit. Peccatum abstulit: expiavit. Peccatum luit. *Hiph.* Scopo excidere fecit. Peccare fecit: ad peccandum induxit. Reum pronuntiavit. *Hithp.* Ad elabendum se ipse impulit: elapsus fuit fuga. Sacrificio pro peccato facto mundavit, expiavit se. חֵטְא, & חֲטָא, Peccatum. Crimen. *Pl.* חֲטָאִים. חֲטָא *Ch. idem: cum Adf.* חֲטָיָךְ Peccatum tuum, Dan. 4: 24. *ubi multi Codd.* חֲטָאָךְ. חַטָּא Peccator, homo scelestus. *Unde Pl.* חַטָּאִים *In foem.* חַטָּאָה Peccatrix: scelesta. חֲטָאָה & חַטָּאָה, Peccatum &c. *Meton.* Piaculum. Sacrificium pro peccato. *Pl.* חַטָּאוֹת, *constr.* חַטֹּאות. חַטָּאת, *pro* חַטָּאַת, & *brevius* חַטָּאת, Peccatum. Piaculum: scelus, sceleratum caput. Detestabilis, exsecrabilis: diris devotus peccator. *Vide Notata nostra ad* Gen. 4: 7. p. 83—92. *pec.* Sacrificium pro peccato commissionis, *Ill. Mich. Suppl.* p. 718.

חָטַב, *cogn.* חָצַב, Cecidit, incidit *lignum*: lignatus fuit. *Pyhh.* Incisus fuit variis lineis: variegatus fuit. חֲטֻבוֹת Segmentatae, *sive* versicolores, *pec.* vestes. מְחֻטָּבוֹת Eleganter sculptae formae, *Ill. Mich. Suppl.* p. 722.

חָטַט, *Ar.* Scripsit, delineavit &c. חֲטִיטָא Chatijta: *nom. viri.* (חִטָּה Triticum, *pro* חִנְטָה, *vide sub* חָנַט.)

חָטַל, *Ar.* Vacillavit, titubavit. Perplexus fuit, *pec.* in sermone. חַטִּיל Chattijl: *nom. viri.*

חָטַם, *cogn.* חָטַב, *Ar. pp.* Fregit, diffregit, *pec.* nasum cameli, *quod baculo fit ad saevitiam ejus edomandam. Conf. Ar.* خطم Immitis

mitis saevusque *in bruta*; & خطام Capistrum, *f.* Instrumentum, *per camelorum nasum trajectum, quo regitur: unde denom.* חָטַם Edomuit nasum *cameli. Met.* Compescuit *nasum*, *i. e.* saevitiam.

חָטַף, *cogn.* חָתַף, Hamo adunco raptavit, *q. d.* harpagavit. Rapuit: abripuit. *Vide A. Schult. C. ad* Prov. 23: 18. p. 297. *ff.* חֲטִיפָא Chatijpha: *nom. viri.*

חָטַר, *Ar.* Vibravit: motitavit huc illuc. *Intr.* Tremuit. חֹטֶר Surculus tenerior. Ramus. *Et.* Hasta. *Vide Schult. ad Exc. Ham.* p. 350; & *Mich. Suppl.* p. 723. 724.

חָטַשׁ, *Stirps deperdita, quae videtur reliquisse derivatum* חַטּוּשׁ Chattusch: *nom. viri.*

חָיַב, *per contr.* חָב, *cogn.* חָוַב, Adstrinxit: obligavit. *Pihh.* Obstrinxit *pec.* reatui *caput suum*, *id est* reum fecit.

חָיַד, *per contr.* חָד, *i. q.* חָוַד, *Ar.* Flexit: deflexit, declinavit. חִידָה Aenigma, *per ambages flexusque elegantes rem indicans:* & poëma ornatius, *varios per tropos circumductum. Conf. Schult. C. ad Job. p.* 413. & *ad Prov.* 1: 6. p. 4.

חָיָה, *pro* חָיַי *f.* חָיַי, *pp. i. q.* חָוָה, *pp.* Convolutus, compactus, firmus, incolumis, fuit. *Hinc Intr.* Convaluit, revixit. Vixit: vivus & incolumis mansit. *Pihh.* Consolidavit, instauravit. Vivificavit. Vivum conservavit. *Hiph.* Vitae restituit. חָיֶה *Partic. m. inusit. pp.* Vegetus, robustus, vividus: *pec.* ad pariendum. *Unde* חָיוֹת Exod. 1:19. *Belg. versio vetus* „ harde wyven." *Al.* Obstetrices:

ces: *quae tamen Hebr.* מַיְלְדוֹת. *Potius conferas Ar.* خارجة Amplus interiori parte. *De foemina*, Ampla partus viis. חֵיוָא, & חֵיוָה *Ch.*, *pro* חֵיוָא, Animal: beſtia fera, *pp.* vivida. *Conf.* חַיָּה *ſub* חָיַי. מִחְיָה Compactio, robur. Cicatrix, *pp.* contractio *carnis vivae.* (*Vide Nanningae Disp. Philol.* p. 3. ſſ.) *at Ill. Mich.* Locus carnis rubrae.) *It.* Conſervatio in vita: victus, alimentum, commeatus. *Conf. ſeq.* חָיַי.

חָיַי, *per contr.* חַי, *ut* חַי *pro* חָיַי, *i. q.* חָיָה, *pp.* Compactus, validus fuit. Vixit: valuit. חַי *idem*, *pro* חָיַי, *per quiet. mediae radicalis*, (*ut* בֵּן *dicitur pro* בָּיַן) *unde* חָיָה vixit illa, Ex. 1: 16. חַי, *formae* פֶּקֶד, *pro* חֶיֶי, *pp.* Compactio, compages. Robur compactum. Vita, vis, robur *manuum.* Coetus, caterva. Vicus tuguriorum. Familia major, tribusve hominum, *nexu vinculoque conſanguineitatis conjuncta. Pl.* חַיִּים Coagmentationes vitales, Gen. 27: 46. Vita, *pec.* longior & *quaſi* porrecta. חַיָּה Caterva: turma. Vita. Ver, *pp.* pluvia verna, *quaſi* reviviſcens annus; & חַיָּה Appetitus capacior. *Conf. huc* חָיוֹת, *ſub* חָיָה. חַי (*adjective*) Compactus, validus: potens, dives. Incolumis. Vividus: vivens. Viva, rubensque, *caro.* Fluens *aqua. Foem.* חַיָּה, *eximie* Animal validum, ferumque. Beſtia. *Plura vide in Ill. Mich. Suppl.* p. 724—731. & *Diſſertatione noſtra ad Cant. Hisk.* p. 146—155. חַיּוּת. *i. e.* „ Coagmentata, non diſſolubilis *viduitas* 2 Sam. 20: 3. *i. e. quae per totam vitam haud diſſolveretur,*" *ex conj. viri*

 doctiſſ.

doctiss. Aliis Vita tota.

חָיַל, *per contr.* חָל & חִיל, *i. q.* חוּל, Versavit se huc illuc, *pec.* prae metu & dolore. Ambivit: cinxit. Distortus, dolosus fuit. חַיִל Robur *pp. versatio, contorsio.* Strenuitas: virtus. Actiones strenuae. Honesti studium. Vis: copia. Opes, facultates. Exercitus. Machinatio: dolus. חִיל, & חֵל, *i. q.* חֵיל, & Vallis undique ambiens: fossa. Antemurale. Murus. חֵילָם Cheelaam: *nomen loci, qui in aliis Codd.* חֵלָאם, חִילֵן Chileen: *nom. urbis.*

חָיַן, *per contr.* חָן, *cogn. Ar.* חַן, *Ar. pp.* Secuit. *Hinc* Violavit *pactum.* Fraudavit: *eadem fere metaphora ac* נָזַל. חִין Fraus. Technae. *Al.* Apta mensura, *quasi,* sectio; circumcaesura. Opportunitas.

חָיַץ, *per contr.* חַץ, *i. q.* חָצַץ, *pp.* Arctius cinxit, instrinxit. חַיִץ Cinctura: maceries. חִיצוֹן Exterior. Extimus. לַחִיצוֹן Extrorsum. בַּחִיצוֹן In extimo.

חָיַק, *per contr.* חָק, *i. q.* חָיַק, *Ar.* Cinxit, circumdedit. חֵיק & חֵק, Cinctura: sinus; Vestimenti pars, qua pectus & venter cingitur. *Met.* Partes interiores. *Conf. sub* חָזַק.

חָיַר, *per contr.* חָר, *i. q.* חָוַר, *Ar.* Candore nimio praestrictus fuit *visus.* Attonitus, vagatus, fuit. חִירָם Chijraam: חוּרוֹם Chijroom: *nom. viri.*

חָיַשׁ, *per contr.* חָשׁ, *i. q.* חָרַשׁ, *Ar.* Concitatus, territus fuit. Properavit eundo, *pec.* territus pavidusque. חִישׁ Cito: celeriter, *pro* בְּחִישׁ.

חָיַת,

חתת, *per contr.* חת, *i. q.* חות, *Ar.* In praedam se demisit *accipiter.* Rapuit, surripuit. *Hinccine in Kal* יחיתן Hab. 2: 17. *sive ex var. lect.* יחיתך, *an eadem forma petenda potius est ex Spec. Hiphil verbi* חתת?

חבה, *pro* חבו *s.* חבי, *cogn. Ar.* חבא, *pp.* Nexuit, firmavitque *nodum. Hinc* Cingulo lumbis adstricto consedit, *exspectans alterum c.* ל *p. Conf. Schult. C. in Job.* 3: 21. p. 77. Praestolatus fuit, exspectavitque *aliquem. Pihh.* Praestolatus fuit studiosius, & magno cum desiderio.

חכה, *Ar.* Scabit, rasit, fricuit, laevigavit. חכה Hamus, *cuspide laevigato.* (חך Palatum, *pro* חנך, *vide sub* חנך.) חכי Hos. 6: 9. *Ill. Mich. Suppl.* p. 741. *pro* חכים Murices, *Germ.* Fussangel. *Aliis Inf. Pihh. verbi* חכה.

חכל, *Ar.* Verberavit, contudit. *Intr.* Contusus fuit, percussus fuit. חוכל *Ar. auctore Phiruzabadio i. q.* مخمر מחמר, „ Vino recreatus; non prorsus ebrius." חכלילי Ebriolus *pp.* contusus. חכלילות Contusio *oculorum.*

חכם, *Ar.* Firmiter solideque fecit *aliquid. Intr.* Compactus, firmus, solidus fuit (*Unde Chald.* חכימו מיא Ex. 15: 8. *pp.* Compactae steterunt *aquae*, *Hebr.* נערמו.) חכם לב *pp.* Solidus; συνετός, mente: solida sapientia praeditus. *Vide Schult. de Deff. L. H.* p. 201. *& Vind.* p. 177. *ss. Hinc* חכם Sapiens, doctus fuit: judicio firmo solidoque praeditus fuit. *Pihh.* Firmavit: frenavit: coërcuit. Sapientem reddidit. *Pyhh.* Sapientia solida praeditus

ditus fuit. *Hiph.* Sapientem reddidit. *Hithp.* Rigidum durumque ſe praebuit: Imperio uſus fuit faeviori. Sapientem ſe praeſtitit. חָכָם Solidus. Sapiens. חַכִּים *Ch. idem.* חָכְמָה Firmitas: ſoliditas, robur firmum. Fraenatio. Sapientia: *pec.* judicium. חָכְמוֹת Sapientia eximia: ſapientia ſumma. *Plur. in Statu conſtr. cui fortaſſe ſubeſt ellipſis: ut plena forma ſit* חָכְמוֹת אֱלֹהִים. מְחֻכָּם Solidiſſimus: peritiſſimus, *pec.* magus. תַּחְכְּמֹנִי Thachkemonij & חַכְמֹנִי Chakmonij: *nom. viri.*

חָלָא, *cogn.* חָלָה, *pp.* Trivit, detrivit, defricuit: excoriavit. *Intr.* Excoriatus fuit, *pec.* podagrico morbo. חֶלְאָה Aerugo, *ſ.* ferrugo *ollae.* Rubigo *cupri. Vide Ill. Mich. Suppl.* p. 746. (חֳלָאִים *Vide in* חָלִי, *ſub* חָלָה.) תַּחֲלוּאִים *pp.* Excoriationes: morbus admodum faevus ac dolorificus. חֶלְאָה Chel'aa: *nom. mulieris.* חֵלָאם Cheelaam: *nom. loci.*

חָלַב, *Ar.* Mulſit, emulſit, *lac.* חָלָב & חָלֵב Lac: *pp.* mulſum, emulſum. חֵלֶב & חֶלֶב Pinguitudo: adeps. Donum, *pp.* emulſum (*ut* מִנְחָה Donum *dicitur a* מָנַח *pp.* Mulſit) Praeſtantiſſima pars *rei. Et. i. q. Ar.* חלב Pericardium. חֶלְבְּנָה Galbanum. חֵלֶב Cheelebh: *nom. viri.* חֶלְבָּה Chelbaa: *nom. urbis.* חֶלְבּוֹן Chelboon: *nom. urbis vel regionis, vino feracis: quae* Χαλυβὼν, & Aleppo, *vulgo dicitur. Vid. Ill. Mich. Suppl.* p. 748-756. אַחְלָב Achlaabh: *nom. urbis.*

חָלַד, *Ar. pp.* Deorſum tetendit: *pec.* fodiendo. Nixus, innixus fuit. Sta-

Stabilis, perennis fuit: perennavit. חֶלֶד Aevum vigens, ſtabile, durans. Aetas florens, bona, integra. Saeculum praeſens, mundus; *opp.* חֶדֶל, Conditioni defunctorum. Aevum felicius. *Vide Schult. C. ad Job.* 11: 17. *p.* 298. *Michaël. Suppl. p.* 757—764. & *prolata ad Cantic. Hisk.* p. 50. ſſ. חֵלֶד Cheeled, & חֶלְדַּי Cheldaj: *nom. vir.* חֻלְדָּה Chuldaa: *nom. mulieris.* חֹלֶד Talpa. *Al.* Muſtela.

חָלָה, *pro* חָלַו, *ſ.* חָלַי, *cogn.* חָלָא, *Ar. pp.* Trivit, attrivit: terendo diminuit, infirmum reddidit. Excoriavit. *Et, contra,* Terendo demulſit, titillavit. *Intr.* Suavis fuit. *Etiam* Attritus fuit *poe. morbis*: aegrotavit. Infirmus, debilis factus fuit. *Niph.* Attritus, infirmatus, decubuit. Aegritudine animi adfectus fuit. Sollicitudine attritus fuit. *Pihh.* Morbo, *vel* aegritudine adfecit. Trivit *vultum alicujus*, blanda manu eam permulſit, gratiamque *ejus* ambivit. *Hiph.* Aegrum reddidit. *Hoph.* Morbo attritus fuit. *Hithp.* Aegrotum ſe fecit; ſimulavit morbum. *Vide Schult. Orig. Hebr. T.* I, *c.* 9. p. 258. ſſ. & *Vindic.* p. 113. חֳלִי Attritio. Morbus: aegritudo animi. *Pl.* חֳלָיִים. חֲלִי & חֶלְיָה Monile. Ornatus: mundus muliebris. *Pl.* חֲלָאִים, *forma ducta a Sing.* חֶלְא. חַלָּה *f. g. a m.* חֹלֶה, Dulce cruſtulum *Ar.* حلوى Placenta. אַחֲלָה *Obſol. pp.* Valde ſuavis. Suavitas. *Pl.* אַחֲלִים, *in Conſtr.* אַחֲלֵי Suavitates. *Unde* אַחֲלַי Suavitates mihi! Vota mea! *id eſt* utinam. מַחֲלָה *m.* Morbus atterens. Infirmitas. מַחֲלָה

idem, *f. g.* מַחֲלוּי *Obf. pp. Partic. paſſ.* Infirmatum: debilitatum. Infirmitas *Pl.* מַחֲלִיִּים Morbi. תַּחֲלוּא *pp. Partic. paſſ. Spec. Tiphel*, Infirmatus: enectus. *Et.* Attritio virium, infirmitas maxima. חֲלִי Chalij: *nom. urbis.*

חָלַח, *An pro* חָלַת, *ex* חַלְחַל? *Obſol.* (חָלַח Chalach: *vox peregrina. Nom. regionis* Chalachenes, *aut aliud. Vid. Ill. Mich. Suppl.* p. 767. 768.)

חָלַט, *Ar.* Miſcuit, commiſcuit: immiſcuit ſe, *pec.* ſermoni alterius, *ad rem explorandam.*

חָלַךְ, *Ar.* Ater fuit, *pec.* nigrore intenſiori. חֶלְכָא & חֶלְכָה Aterrimus. *Fig.* Calamitoſiſſimus. *Conf. J. W. Schroederi Comm. ad Pſ.* X, p. 183. *ſſ. tum Ill. Mich. Suppl.* p. 769—773.

חָלַל, *Ar.* Fidit, diffidit: findendo ſolvit. Perforavit: vulneravit graviſſime. *Intranſ.* Vulneratus, diſſolutus fuit. Conturbatus fuit vehementius. *Niph.* Solutus, diſſolutus fuit. Profanatus, licitus, promiſcui juris factus fuit. *Intr.* Proſtituit ſeſe. *Pihh.* Vulneravit gravius. Profanavit, *nexibus omnibus diſſolutis*, *quaſi*, & *oblivioni traditis.* Votum, quo ſe obſtrinxerat, diſſolvit temere. Cecinit tibiis, חֲלִילִים *dictis. Pyhh.* Confoſſus, profanatus fuit. *Pohel* Profanavit, *pec.* ad caedem, & lanienam. *Hiph.* Expedivit ſe *pec.* ad opus: incepit. Liberum reddidit, profanavit. *Hoph.* Inceptum fuit *opus. Hithpoh.* Profanavit ſe ipſe, caedibusque expoſuit. חֹל Solutum *vinculis omnibus religionis:* profanum. חָלָל Pro-

Profanatus ad caedem: confossus. Profanus, impius. חֲלָלָה Profana: prostibulum, *omnibus* expositum. חָלִיל Perforatus. *Eximie* Tibia. חָלִילָה Ad profanum spectans: illicitus. Fieri nefas *vel* solutum *tibi sit*, *h. e.* Ne qua te necessitas cogat, ad tale quid *&c.* *Conf. Ill. Mich. Suppl.* p. 776. (חַלָּה Placenta *pp.* perforata, *ne bulliret. Sed vide sub* חָלָה.) חַלּוֹן Fenestra, *pp.* apertura major. *Pl.* חַלּוֹנִים, *&* חַלּוֹנוֹת *a Sing.* חַלּוֹנָה. מְחִלָּה, (*pro* מְחִלָּה, *ex* מְחִלָּלָה) Fossa, caverna. תְּחִלָּה (*pro* תְּחִלָּה, *ex* נִתְחַלְּלָה) Apertio *vel* expeditio sui: initium, principium (חֲלָלָה Fissura, foramen.) חַלְחוּל Chalchoul: *nom. urbis.*

חָלַם, Condensatus, firmiter concretus, compactusque fuit, *vel* evasit. Somniavit, *notione petita a* חֲלוֹם Somnium: *quod vide infra.* *Hiph.* Convalescere fecit, sanitatem reddidit. חֲלוֹם Somnium, *pp.* confusio, *& quasi* concretio, convolutio *mentis. Pl.* חֲלֹמוֹת *a Sing.* חֲלוֹמָה. חֵלֶם *Ch. idem. &* Cheelem: *nom. viri.* חַלָּמוּת Vitellus, *Al.* Ovum, *aut* Lac coagulatum: *vel* lac *simpliciter.* אַחְלָם Admodum concretus: firmissimus. אַחְלָמָה Gemma durissima: *vulgo* Amethystus. חַלָּמִישׁ Silex: petra solidissima.

חָלַן, *Deperditum. An hinc* חִילֵן Chileen: *nom. urbis, quae &* חוֹלֹן Chooloon? חֵלֹן Cheeloon: *nom. viri.*

חָלַף, *Ar.* Volvit, provolvit, convolvit, *pec.* glomeris instar, glomeravit. *Belg.* Oprollen, voortdrollen, opklouwen. *Hine* Provolvit se *fluvius*; inundavit. *Et. pec.* Glomeravit gressus, cele-

riter ivit, proripuitque ſe: ac transiit. Turbinis inſtar ſe provolvit, & identidem incubuit, invaſit. Glomeratim abiit *fumus*, & diſparuit. Glomeratim hauſit: exantlavit Succeſſit per vices: innovatus fuit, *per novam revolutae vicis ſucceſſionem.* A tergo venit. *Pihh.* Commutavit, *pp.* ſuccedere fecit per vices. *Hiph.* Convolvit *veſtimenti inſtar:* conglomeravit. Commutavit, innovavit. חֵלֶף Succeſſio, permutatio. *Adverb.* Pro, *q. d.* ſucceſſione in vices. חֲלוֹף Opis vicaria. *Mich. in Suppl.* p. 788. „ Cauſa dubia & obſcura," *q. d.* convoluta & intricata. חֲלִיפָה Succeſſio. Viciſſitudo, mutatio, *pec.* reviresċentia. מַחֲלֵף *Pl.* מַחֲלָפִים, Cultri, *q. d.* exantlatores ſanguinis. מַחֲלָפָה *Pl. conſtr.* מַחְלְפוֹת Cincinni convoluti, *vel* huc illuc ſe volventes. חֵלֶף Cheeleph: *nom. loci.*

חָלַץ, Traxit, extraxit *calceum:* trahendo luxavit, evulſit. Expedivit. Avulſit *pec.* manum, commercia omnia abrupit, repudiavit. Extraxit e loco: expedivit, praebuitque. חָלוּץ Extractus, *pec.* e majori agmine *ſive* exercitu; delectus, *ad certamen* militiamve. *Niph.* Extractus, liberatus fuit. Expedivit ſe: expeditus fuit. *Pihh.* Extraxit validius, luxavit. Detractum, *pec.* a gradu dignitatis evulſit: ejecit. Eripuit. *Hiph.* Expeditum reddidit. חָלָץ *Dual.* חֲלָצַיִם Ilia. Lumbi. חֲלִיצָה Veſtis *hoſti* detracta. Exuviae, ſpolia. מַחֲלָצָה, *Pl.* מַחֲלָצוֹת „ Veſtes ornatiores, & pretioſiores, *pec.* veſtes auratae, *ſ.* Chalmydes plumatae, *poſt pompam* ex-

extrahi, & in futuros usus servari solitae." *Vide Cel. Schroeder; de Vest. Mul.* p. 206—225. חֶלֶץ Cheelets, & חֶלֶץ Chelets: *nom. viri.*

חָלַק, *Ar.* Laevis, glaber, politus fuit. Blandus fuit & blanda specie fefellit. *Et Transf.* Laevigavit, polivit. *Unde* חָלַק *pp.* Lapillus laevis, κλῆρος, *quo in sortiendo utebantur. Met.* Sors, portio. *Hinc* חָלַק Partitus fuit *pec.* sorte. *Niph.* Divisus fuit in partes. Distribuit sese. *Pihh.* Divisit, distribuit. *Pyhh.* Distributus fuit. *Hiph.* Laevigavit. Blandum fecit se: blanditus fuit. Distribuit. *Hithp.* Distribuerunt inter se. חָלָק Laevis, glaber. Lubricus, blandus. חֵלֶק Glabrities: blandities. Lapillus glaber. Pars, portio haereditaria. *Pl.* חֲלָקִים. חַלֵּק *Pl.* חַלֻּקִים, Laeves lapides. Baetulia: *lapides superstitioso ritu culti.* חָלוּק Laevigatum. חַלְּקֵי אֲבָנִים Laevissimi lapides. חֲלַקָּה *Pl.* חֲלַקּוֹת Blanditiae: verba lubrica. חֶלְקָה Laevitas, glabrities. Blandities. Pars, portio *pec.* agri, *quae in haereditatem cesserat.* חֲלֻקָּה Divisio, partitio. חֲלַקְלַקָּה *Pl.* חֲלַקְלַקּוֹת Laevissima, lubrica, *pec.* saxorum. Lubricitates summae. מַחְלְקָה *Pl.* מַחְלְקוֹת Divisiones: classes. מַחֲלֹקֶת Classis. חָלָק Chaalaak: *nom. montis.* חֵלֶק Cheelek: *nom. viri, unde Patronym.* חֶלְקִי Chelekita. חֶלְקַי Chelkaj: חִלְקִיָּהוּ & חִלְקִיָּה Chilkijahu, & Chilkija: *nom. virorum.* חֶלְקַת Chelkath: *nom. urbis.* חֶלְקַת הַצֻּרִים Chelkath hatsurijm, *pp.* laevitas rupium, *vel acierum*: *nom. loci.*

חָלַשׁ Trivit, attrivit, *pec.* flagellis. Flagellum incussit. *Intr.* Attritus, flagellatus fuit. Debilis evasit. חַלָּשׁ Debilitatus, victus. חֲלוּשָׁה Debilitatio, strages.

חָלַת, *Ar.* Rasit: carpsit. מַחֲלַת Machalath: *nom. Musicum.*

חָמָא, *cogn.* חָמָה, *Ar.* Ferbuit, efferbuit *coenum*, *lac.* חֶמְאָה & *contr.* חֵמָה, Lac spissum. Cremor lactis, *Belg.* room. מַחֲמָאוֹת Lactea, mollia verba. *Conf. Ill. Mich. Suppl.* p. 807—811.

חָמַד, *Ar.* Arsit vehementius: flagravit. *Fig.* Cum ardore concupivit, appetiit vehementius. *Niph.* Vehementer expetitus, laudatusque fuit. *Pihh.* Ardentissime petiit. חֶמֶד Desiderium vehemens. חָמוּד Ardenter expetitum. חֲמוּדָה *Pl.* חֲמוּדוֹת Desiderium maximum. Laudatissima res. חֶמְדָּה Desiderium. Laus. מַחְמָד Res ardenter expetita; *Pl.* מַחֲמַדִּים מַחֲמֹד Magnopere expetitus, *Pl.* מַחֲמוּדִים & מַחֲמַדִּים Res pretiosissimae. חֶמְדָּן Chemdaan: *nom. viri.*

חָמָה, *pro* חָמַו חָמוּ *f.* חָמִי, *cogn.* חָמָא, יָחַם &c. Ferbuit incaluitque vehementius. *Et apud Arab.* Cum fervore defendit. חָם, *pro* חָמֶה *f.* חָמִי, Socer; חָמוֹת Socrus: *a fervido amore dicti.* (חוֹמָה *Ar.* Defensor, protector, *pec.* fervidus. *Hujus foem.*) חוֹמָה *absolute* Murus, *quasi* Defensor. *Conf. tamen et sub* חָמַם. חֵמָה, *pro* חֵמְוָה, Fervidum tuendi studium. Nobilis ira: fortitudo bellica. *Ill. Mich. Suppl.* p. 814. חָם Chaam: *nom. viri. Vid.* & *sub* חָמַם. חַמּוּאֵל Chammoueel *nom. viri.* חֲמוּטַל Chamoutal: *nom.*

nom. mulieris, *ut* אֲבִיטַל. חֲמָת Chamaath, Hamatha: *nom urbis* *Mich.* p. 815.

חָמַט, *Ar.* Decorticavit. חֹמֶט Limax. *Al.* Lacertae venenatae species. חֻמְטָה Chumtaa: *nom. urbis.*

חָמַל, *Ar.* Emollitus, mollis fuit. *Met.* Animo molli & clementi fuit: pepercit*que alicui*, *c. c.* אֶל & עַל. חֶמְלָה Misericordia tenera. Clementia summa. מַחְמָל Objectum misericordiae & clementiae tenerrimae. חָמוּל Chamoul: *nom. viri.* חָמוּלִי Chamoulita.

חָמַם, *cogn.* חָמָה *&c.* Maxime ferbuit: calidus fuit. Incaluit, *pec.* libidine ira, studio. *Niph.* Calefactus, accensus fuit vehementius. *Pihh.* Calefecit: calefieri, *eoque* corrumpi, sivit. *Hithp.* Calefecit sese: incaluit. חַם Intense calidus, calidus, *Pl.* חַמִּים. חַמָּה Calida, *pec.* aqua, thermae. *In Regim.* חַמַּת *Et.* Calor intensior: candor *solis*, *ac ipse* Sol. חֹם Calor, aestus. חַמָּן *Pl.* חַמָּנִים Imagines solis. *Al.* Obelisci. *Vide Ill. Mich. Suppl.* p. 817—821. חַמּוֹן Thermae *fortasse*: *Hinc* Chammoon, *nom. loci.* (חֲמָת Chamaath *vide sub* חַמָּה.) חָם Chaam: *nom. viri.*

חָמַס, *cogn.* חָמַן & חָמֵץ, *Ar. pp.* Acris, acerbus, crudus, immitis fuit. *Met.* Cruduit animo: animum gessit crudum & implacabili odio exacerbatum. Crudeliter egit: vexavit. *Niph.* Crudeliter tractatus fuit. חָמָס Cruditas: crudelitas. Oppressio violenta & injusta. חָמָס וָשֹׁד Crudelitas, & incursatio! *exclamatio eorum*, *qui crudeliter opprimebantur.* תַּחְמָס Struthio, *avis in pullos suos crudelis.* Noctua. *Conf. Mich. Suppl.* p. 825.

* חָמֵץ,

חָמֵץ, *cogn.* חָמַם & חָמַם, *pp.* Acris, acutus fuit. Acuit: acerbus fuit; *pec. de* Acore *ex fermentatione orto.* Fermentatus fuit, in fermento jacuit animus, *ira maligna*, *odio*, *ſuperbia*, intus corruptus. *Hiph.* Fermentum concepit, *pp.* Acerbum ſe reddidit. *Hithp.* Exacerbatus, fermento corruptus fuit. חָמֵץ Acerbus, fermentatus. חֹמֶץ Acetum, acrimonia. Omphax. Vinum acerbum. חִמּוּץ Acrimonia contractus, convolutus: intricatus. חָמוּץ Acutus, *pec.* colore: puniceus, purpureus, rubicundus. חָמִיץ Subacidus, *pec.* farrago, *vel* pabulum, *quod faſtidienti jumentorum ſtomacho medetur.* חֲמִיצָה Fermentatio.

חָמַק, *cogn.* חָמַט, *Ar.* Obtuſus fuit *gladius. Met.* Remiſſus, languidus, ſtolidus factus fuit. *pec.* Remiſſior factus fuit in amore, *Hithp.* Remiſſum, languidum ſe praeſtitit. חָמוּק *Pl.* חַמּוּקִים Flaccidiores, molliores partes.

חָמַר, „ Ferbuit aeſtu interiori, *qualis eſt liquoris fermentantis; aut faeces ex fundo ſuſcitantis.*" *Hinc* Rubuit. *Tranſ.* Turbavit, conturbavit. *Pehalh.* Efferbuit vehementiſſime. חֵמָר Bitumen *fervens e fonte ſuo & ebulliens*, & *rubore obſcuro praeditum.* חֶמֶר & חֲמַר *Ch.* Vinum nobilius & praeſtantius. חֹמֶר Lutum, *fervido motu agitatum*, *rubensque.* Acervus, *ſive* menſurae genus, Chomer *vulgo dictus.* חֲמוֹר Aſinus, *pec.* ruber. Animal gregarium impurum. *Vide Ill. Mich. Suppl.* p. 834. & Chamoor: חַמְרָן Chamraan: *nom. viri.* יַחְמוּר Capreae rufae ſpecies. Antholops. *Conf. Mich. l. c.*

חָמַשׁ,

חָמַשׁ, *Ar. pp.* Scalpsit *unguibus. Hinc forte notio* quinque *in* חָמֵשׁ, *a digitis quinque quibus scalpitur. Pihh.* Quintavit, quintam partem cepit. חָמוּשׁ, *Pl.* חֲמֻשִׁים Quintatus, in quinque partes divisus. In formam exercitus dispositus: *a quinque partibus, prima, media, extrema acie, & duobus cornibus. Al.* Succincti lumbos. *Il. Michaëli.* Quinquageni. *Vid. Suppl. Lex.* p. 835—837. חָמֵשׁ & חֲמִשָּׁה Quinque, *pp.* πεντάς, *Belg.* Een vijftal. חֲמִשִּׁים Quinquaginta. חֹמֶשׁ Abdomen.

חָמַת, *Ar.* Ferbuit, efferbuit. חֵמָה *f.* חֵמַת Fervor. Vinum generosius. Venenum fervidum. חֵמֶת & חֵמַת Uter: lagena. חֲמָת Hamatha: *nom. urbis. Vide sub* חָמָה. חֲמָתִי Hamathaeus. (חַמּוֹת, *Pl. a* חַמָּה, Thermae: *vide sub* חָמַם.)

חָנָה, *Ar.* Flexit, flectendo curvavit, incurvavit. Inclinavit. Reclinavit sese. Castra metatus fuit. *Pihh.* Inflexit sese: misertus fuit. *Hoph.* Inclinatus, propensus fuit *erga aliquem.* Misericors redditus fuit, curam habuit. *Unde forte* יְחָנְךָ Gen. 43: 29. Jes. 30: 19. *quod aliis est pro* יָחָנְךָ, *ex* יְחָנְךָ, *a* חָנַן. חָנוּת Fornix, taberna arcuata, *Ar.* حانوت, *Pl.* חֲנֻיוֹת *a Sing.* חֲנִיָּה *pp.* Inflexa, κύφωσις. חֲנִית Hasta. *Pl.* חֲנִיתוֹת & חֲנִיתִים. מַחֲנֶה Locus reclinationis, locus declivis, *pec.* ad aquas. Castra. Exercitus. *Pl.* מַחֲנִים, & מַחֲנוֹת. תַּחֲנוֹת Reclinatio, castrametatio.

חָנַט, *Ar.* Rubuit: cum rubore maturuit. Maturuit *ficus.* חָנוּט *Ar.* Aromatica res, *mortuis inspergi solita. Pl.* חֲנֻטִים Conditurae.

Hinc חָנַט, *Ar.* حَنَّط, Aromatibus condivit *mortuum*. חִטָּה, *pro* חִנְטָה, *Ar.* Triticum. *Pl.* חִטִּים, *ab Obſ.* חֵט, *pro* חֵנֶט. *Plur. Chald.* חִנְטִין.

חָנַךְ, *Ar.* Fricuit, *pec.* palatum infantis, *manſo dactylo*, *melle &c.* *Hinc* Imbuit palatum. *Vide Schult. C. ad Prov.* 21: 6. Initiavit. Dedicavit. חָנִיךְ Imbutus, initiatus. Juvenis. חֵךְ Palatum, *pro* חֵנֶךְ. *In Adſ.* חִכִּי *&c.* חֲנֻכָּה Imbutio, initiatio: *pro* חֲנוּכָה. חֲנוֹךְ Chanooch. Henoch: *nom. viri*, *pp.* imbutus, initiatus, edoctus, *Ar.* ادريس Idrijs. *Conf. Mich. Suppl.* p. 842. חֲנֹכִי Chanochita.

חָנַם, *Stirps obſoleta. Hinc manſit nom. propr.* חֲנַמְאֵל Chanamëel, *ejusdem formae ac* חֲנַנְאֵל, *& Ar.* חֲנָמָה, *quod in Cod. Mſ. noſtro Firuzabadii redditur* Compreſſio *ſpiritus. Vox* חֲנָמָל Pſ. 78: 47. *videtur notare* Fulmen. *Ducta eſt fortaſſe ex Spec.* פַּנְקָר, *verbi* חָמַל, *Ar.* حمل Irruit vehementius.

חָנַן, *Ar.* Striduit, argutum ſonum edidit *camela in pullum:* tenerrimam miſericordiam & amorem demonſtravit. Commiſeratus fuit. Miſericordia motus donavit: dedit. *Niph.* Gratia affectus fuit: gratiam conſecutus fuit. *Pihh.* Stridulam reddidit *vocem ſuam.* Miſericordiam movit: miſertus fuit. *Hoph.* Miſericordiam conſecutus fuit. *Hithp.* Deprecatus fuit: miſericordiam, favorem, imploravit. חֵנֶן & חֵן *Gr.* στεναγμός gemitus. Commiſeratio: gratia, favor. Venuſtas. (חַנּוֹת Pſ. 77: 10. *pertinet ad* חָנָה.) חֲנִינָה Com-

